puniēs eos compellebā blasfe mare nomē ei9. Et ampli9 in saniēs in eos pseqbar vsqz in exteras ciuitates. Et dū irem damascū cū ptāte ꝛ pmissu pn cipū sacerdotū die media vidi regē de celo sup splēdorē solis circūfulsisse me lumine ꝛ eos q̄ mecū erant. Oēsqz nos cū ce/ cidissemus in terrā audiui vo cem dicentē mihi hebraica lin gua. Saule saule qd me pseq/ ris. Durū ē tibi ꝯ stimulū calci trare. Ego aūt dixi. Quis es dn̄e. Dn̄s aūt dixit. Ego sum iesus nazaren9 quē tu pseqris. Sed exurge ꝛ sta super pedes tuos. Ad hoc em̄ apparui tibi vt ꝯstituā te ministrū ꝛ testem eoꝝ que vidisti. Et in epistola i. ad corinth. xv. c. ait. Tradi di em̄ vobis in pmis qd ꝛ ac/ cepi. qm̄ xp̄s mortu9 est p pec/ catis nostris ẜm scripturas. ꝛ q2 sepult9 ē. ꝛ q2 resurrexit ter/ tia die ẜm scripturas. ꝛ q2 vi/ sus ē cephe ꝛ post hoc vndeci Deinde visus ē plus q̄z q̄ngen tis fratrib9 simul ex qb9 multi manēt vsqz adhuc. Quidam aūt dormierūt. deinde visus ē iacobo. deinde aplis oib9. No uissime aūt omniū tanq̄z abor tiuo visus ē ꝛ mihi. Glo. i. c. Cū marthe. extra de cele. mis. dicit. Paul9 appellat seipsum abortiuū q2 sicut fet9 abortiu9 cū labore ꝛ angustia ad lucē trahit. ita paul9 cū attractiōe venit ad fidē. xxiij. q. iiij. c. dis/ plicet. c. qs vos. Grāde est te/ stimoniū pauli ꝛ i nullo suspe ctū q̄ppe q̄ postq̄z vidit xp̄z fa ctus ē defensor validissimus ꝛ pdicator ardentissimus nois eius. imo q̄ clamabat. Ego in hierusalē pat9 sū alligari ꝛ mo ri p noie ei9 ꝛ tandē in vrbe p xp̄o mori trūcatiōe capitis nō recusauit ¶ Sed reuera singu lare ꝛ pcellētissimū testimoniū xp̄i suscitari fuit dieb9 nouissi/ mis ꝯsigantio miraculosa sc̄i francisci. biēnio q̄ppe signa vi sibilia ꝛ miraculosa tulit i suo corpe. de qb9 plene diximus in ope de laudib9 sc̄oꝝ. qs nā du bitare pōt de xp̄o cum videat franciscū stigmatib9 illis sacr/ ita decoratū. Ob id sc̄ūs Bo nauē. i legēda sic sc̄m frāciscū alloquit. Iā xp̄o p hec signa cer tissima nō duob9 aut trib9 testi bus ad sufficientiā. sed q̄z plu/ rimus ad supabūdantiā com/ probata testimonia dei in te ꝛ p te credibilia facta numis oci fidelib9 auferūt excusatiōis ve lamen. Et vt idē Bonauē. re fert. Descēdit angelic9 vir frā cisc9 de mōte secū ferēs crucifi xi effigiē nō in tabulis lapide/ is ꝛ ligneis manu figurati ar tificis. sed in carneis mēbris

de stigmatibus francisci

descriptā digito dei viui reso
nat ergo ex oi pte ꝟitas resur/
rectionis xpi quā p̄dicauerūt
apostoli defenderunt ꝓprio san
guine martyres. expugnare et
extinguere temptauerūt impa
tores ⁊ reges ⁊ non voluerunt
eo ꝙ ipse est rex regū ⁊ dominꝰ
dominantiū.

¶ Qualiter xp̄s resurrexit cuȝ quadruplici actu fortitudis.

Capitulū tertium

Ertiū mysteriū ꝯtem
plandum de resurrecti
one xpi ē qualitatis. i
quo videndū erit qualiter xp̄s
resurrexit. Ad qđ dicimus. ꝙ
sicut fuit ad modū agni imola
tus. ita fuit ad modū leonis re
suscitatus. Et hoc ꝓpter qua
druplicē fortitudinis actum.
¶ Primus fuit qꝛ fregit clau/
stra iferni ad quē accessit n̄ vt
ad locū penalē sed ad ꝯsolati/
onē patꝝ ibidem existentium.
¶ Scđs actus fuit. qꝛ subuer
tit potentiā diaboli ⁊ ampu/
tauit manū eius attrahentē q̄
attrahebat etiā iustos ad lim
bō. vt dicit dn̄s Bonauen. in
tertio dis. xxij. ¶ Tertius actꝰ
fuit. qꝛ inde. i. đ inferno iustos
oēs eripuit ⁊ eduxit. ¶ Quar
tus actus qꝛ semetip̄m ꝓpria
ꝟtute suscitauit. ¶ Intelligen/
dū tn̄ ꝙ xpi resurrectio fuit q̄li
ficata q̄druplici dispōne dīna

¶ Prima fuit qꝛ caro eius san
ctissima nō vidit corruptionē
per triduū diuina virtute p̄ser
uata. ¶ Scđa fuit qꝛ caro illa
fuit repata. Cū ei ibi fuerint li
uores ⁊ vulnera ac plage tu/
mentes ex flagellis. oīa ista fu
erunt ꝟtute diuina sanata abs
q̄ medicamine remanentibus
cicatricibus ad decorē ¶ Ter
tia dispositio qꝛ xpi caro fuit
glorificata. Nā habuit primo
dotē impassibilitatis. qꝛ dicit
apostolꝰ ad roma. vi. c. Chri/
stus resurgens ex mortuis iam
nō morit mors illi vltra. non
dn̄abitur. Scđo habuit dotē
subtilitatis ꝑ quā exiuit de se/
pulchro clauso. ¶ Tertio ha/
buit dotē agilitatis per quam
euanuit ab oculis eoꝝ. Luce.
xxiiij. c. ¶ Quarto hūit dotē
claritatis quā tn̄ occultauit di
scipulis manifestandā electis
⁊ in die iudicij etiam reprobis
¶ Resurrexit igit triumphator
mortꝭ. expoliator inferni ⁊ mū
di redēptor. q̄ numero electoꝝ
cōpleto resurgere faciet amico
rū suoꝝ corpa suis ꝓpris aiab᷒
vnita vt sic pticipiāt eternalit
gaudia vite eterne. Ad quam
nos pducat ipse dei filiꝰ q̄ est
bn̄dictꝰ p oīa secula sclo꜕. am̄
¶ Feria scđa post dn̄icā resur
rectionis de sanctissima fide
Sermo q̄nq̄gesimꝰ primꝰ.

F

Tulti et tar/
di corde ad cre/
dēdū. Verba sūt
redēptoris nostri
originaliter Luc
xxiiij.c. et in euāgelio hodierno
Conant hostis aīaꝝ nr̄aꝝ mil
le suis nocendi modis morta/
liū corda a fide iesu xp̄i retra/
here. qm̄ cū illoꝝ excecauerit i
tellectū facile ad quecunqꝫ sce
lera eos p̄cipitare pōt. Subla
ta nāqꝫ fide relique ꝟtutes fū/
damentū nō hn̄t. Vn̄ Grego.
i.q.i.c. Cum paulus. ait. Cū
paulus dicat fundamentū ali
ud nemo pōt ponere preter id
qd̄ positū est qd̄ est xp̄s Jesus
idest fides xp̄i consequenter p
batur. qr vbi xp̄s nō est: funda/
mentū nullū boni opis est sup
edificiū. Fides nāqꝫ est q̄ mun
dū vincit. Unde Jo.i. cano/
nica.c.v. ait. Hec ē victoria q̄
vincit mundū fides nostra. id
est que vincere facit que sunt in
mūdo. videlꝫ supbiā. auaritiā
et luxuriā. ¶ Ipsa diaboli tem
ptatiōes exterminat. Vn̄ apo
stolus ad ephesios. vi. ca. inq̇t
In omnibꝫ sumētes scutum fi
dei in quo positis omnia tela
inimici ignea extinguere ¶ Ip
sa hoīem iustificat. vn̄ Genes.
xv.c. scribit. Credidit abrahā
deo et reputatū est ei ad iustici
am. ¶ Ipsa credētes filios dei
efficit. ideo Jo.i.ca. dr̄. Dedit
eis ptātem filios dei fieri his
qui credūt in noīe eiꝰ. ¶ Ipsa
a piculis liberat. nā per fidem
abrahā exiuit de vr.i. de igne
chaldeoꝝ illesus. Cū eīm non
vellet ignē adorare quem chal
dei deū dicebāt vt expiret vir
tutē dei sui miserūt ipsum i ig
nem sed nō recepit lesionem.
Aram ꝟo germanꝰ eius et pat
Sare et Loth illuc missus q̇a
in fide defecit cōbustus ē Ana
nias et socij eiꝰ in fornacē missi
laudabant et bn̄dicebant deū
nec ignis nocebat eis. Quare
paulus ad Heb.xi.cap̄. dicit.
Sancti p fidē vicerūt regna:
operati sunt iusticiam: adepti
sunt repromissiones. obtura/
uerunt ora leonū extinxerūt im
petū ignis. Et ne singula repe
tamus: fides corporis et anime
salutē opatur. Ob qd̄ Jesus
dei filius Luce. vij. cap̄. dixit
Magdalene, et Luce. xviij.c.
ceco. Fides tua te saluum fecit.
Qua de re in p̄senti sermōe de
fide dicere statui quā pdiderāt
discipuli euntes in emaus q̈s
xp̄s dure redarguit. De ipsa
itaqꝫ fide tria mysteria ꝓpone
mus declaranda

¶ Primū dr̄ virtuositatis.
¶ Scd̄m necessitatis.
¶ Tertium qualitatis.
¶

de fide Catholica

¶De multiplici acceptione fi/
dei. ⁊ quomodo diffinitur. ⁊ q̄
liter ē virtus theologica et eo
ꝙ est a deo. ⁊ terminatur ad ip
sum sicut ad obiectum

Capitulū primū

Rimum mysteriū de
fide declarandū dicit
virtuositatis/ Pro cu
ius intelligentia tria erunt vi
denda.
¶Primum quot modis capit
fides.
¶Scōm q̇d est fides
¶Tertiū vtꝝ fides sit ꝟtus
¶Primo videndum est quot
modis capitur fides. Et ex di
ctis alexandri in tertio sūme.
⁊ Bonauen. in. iij. dis. xxiij. et
ex glo. in. c. i. de sūma trinitate
⁊ fide ca tholica. habetur ꝙ fi
des sumitur duodeciꝫ modis.
¶Primo sumitur pro sponsio
ne. Unde. i. ad Thimoth. v.
c. dr Primam fidē irritā fece/
runt. Glo. i. spōsionē. sic sumit
ab Augu. xxij. q. i. c. noli. No
li inq̇t fidē fallere q̄m graue est
Et iteꝝ ibi. Fides qn ꝓmittit
etiam hosti seruanda est. Hoc
modo etiā dicit Isido. xxij. q.
iiij. In malis ꝓmissis rescinde
fidē. ¶Scdo sumitur fides ꝑ
fidelitate. vt cum quis retinet
fideliter ⁊ restituit sibi cōmissa
⁊ similia. Et de hac Hiere. vi.
c. dr. Periit fides. ⁊ ꝓuerbioꝝ
xx. c. Uiꝝ fidelē quis inueniet.
¶Tertio sumit fides ꝑ cōscia.
Iuxta illud ad Roma. xiiij. c.
Oē quod nō est ex fide. pecca
tū est. Glo. xxviij. q. i. c. Oīns
idest oē quod est contra ꝯsciaꝫ
¶Quarto sumitur fides ꝑ ino
centia. vt. xxij. q. iiij. c. innocēs
¶Quinto sumitur fides ꝑ ca/
stitate thori vt. xxvij. q. ij. c. cō
iuges. ⁊. c. coniux. ¶Sexto su
mit fides ꝑ credulitate idest ꝑ
quodā habitu quo quis firmi
ter assentit sine formidine d op
posito his que clare non videt
q̄cūꝗ sint illa. puta cuꝫ q̇s cre
dat talē eē suū patrē vel matrē
⁊ de hac Grego. in. iiij. dialo/
goꝝ inquit. Audenter dico qꝫ
sine fide nec infidelis viuit. nā
si eundē infidelē ꝑcunctari vo
luero quem patrem vel quam
matrem habuit: respondebit ꝑ
tinus illum atꝗ illam. ¶Se/
ptimo sumitur fides pro sacra
mento baptismi. Unde Au/
gustinꝰ ad Bonifaciū. Quid
est aliud paruulum habere fi/
dem nisi fidei sacramentū. Et
xlv. dis. ca. De iudeis. dicitur.
Oportet vt fidem quā vi vel
necessitate susceperunt necessa/
rio tenere cogantur. ¶Octa/
uo sumitur fides pro acceptio
ne conclusionis ex ratione pro

babili fm q logici dicũt argu-
mentũ ē ratio rei dubie faciens
fidē. Nono dicitur fides cogni
tio que est in patria. Et de hac
ad Romanos. i. Justicia dei
reuelatur ex fide in fidē. Glo.
ex fide spei in fidē rei. ¶ Decio
capitur fides p articulis fidei.
ppositis ad credendũ. Et sic su
mit Athanasius cũ dicit Hec
est fides catholica quā nisi qs.
qz fidelit firmiterqz crediderit
saluus esse nō poterit ¶ Unde
cimo sumitur fides p habitu i
formi. ö qua. i. ad Corinthios
xiij. ca. dicit. Si habuero oēm
fidē zc. ¶ Duodecimo accipit
fides pro habitu formato. z ö
hac ad Roma. i. c. Just9 ex fi-
de viuit. Hec ē virtus theolo-
gica siue sit informis siue for-
mata de qua Apostolus ait. i
ad Corinthi. xiij. c. Nūc autez
manent fides. spes. caritas tria
hec ¶ Scdo videndũ ē quid ē
fides. Et fm Bonauē. quia fi-
des multiplicit qsiderat ita eti
am notificatur. Qñqz eni con
sideratur qptũ ad proprium ge
nus. z tũc describitur sic ab au
gu. sup Jo. Fides ē virt9 q cre
duntur que nō videntur. Et
nō est de oib9 que nō vident vt
dicit Magister in littera. sz de
his que necessaria sunt ad salu
tem. ¶ Scdo qsideratur fides
qptum ad obiectũ siue ad prin
cipiũ motiuũ. Et sic dicit Au-
gu. ad crescentiũ. Fides est pri-
ma illuminatio mētis ad pri-
mā veritatē. ¶ Tertio qsidera
tur fides qptũ ad actũ propriũ
Et sic dicit Damascen9 li. iiij.
Fides est nō inquisitus qsēsus
circa primā veritatē ¶ Quar-
to qsideratur fides quantũ ad
habitũ disperatum. Et h mo
do inquit Hugo li. de sacram
tis. ¶ Fides est certitudo qdaz
animi de rebus absentibus su
pra opinionē z infra scientiam
qstituta. Opinio enim fides z
scientia sunt habitus disperati
¶ Quinto consideratur fides
quantũ ad suũ finem. z sic de
scribitur ab apostolo ad hebre
os. xi. c. Fides est substantia re
rum sperandarũ argumentuz
nō apparentiũ. Nā fides habz
tria. ¶ Primo aspicit. ¶ Scdo
efficit ¶ Tertio reficit ¶ Aspicit
primā veritatē nō habitaz sed
sperandā. Ideo dicitur speran
darum rerum. ¶ Scdo efficit
id ē causa est faciens res sperā-
das esse in nobis. vnde dicitur
substantia. quia sicut substan-
tia ē causa suoz accidentiũ. ita
fides est causa consequendi bo
na sperata. ¶ Tertio fides refi
cit seu allicit. vnd dicitur argu
mentũ. i. certitudo assentiendo
his que nō apparēt. z hoc ē me
ritũ z laus fidei ...

diffinicio

[illegible handwritten marginal notes]

bitanter credit quod non videtur Beatus vero Tho. ij. ij. q. iiij volens verba apostoli reducere ad formam diffinitionis claram sic dicit. Fides est habitus mentis qua inchoatur vita eterna. in nobis faciens intellectum assentire non apparentibus. Pro clariore autem intelligentia predicte diffinitionis apostoli ¶ Primo notandum est quod per predictam diffinitionem fides distinguitur ab omnibus que pertinent ad intellectum. Et primo ab opinione suspitione et dubitatione per hoc quod dicitur argumentum. Nam per hec tria intellectus non firmiter inheret alicui. Per dubitationem non magis tendit ad unam partem quam ad aliam. Per opinionem et si declinet fortiter ad unam partem tamen cum formidine de opposito. Per suspitionem leviter declinat ad unam partem Sed per fidem firmiter inheret credendis sine hesitatione ¶ Secundo ex hoc quod dicitur non apparentium fides distinguitur ab intellectu quo est de principijs per se notis et scientia que est de conclusionibus per demonstrationem acquisitus per que aliquid intellectui apparenter fit cuiusmodi non est fides. ¶ Tertio per hoc quod dicitur substantia rerum sperandarum distinguitur a fide comuniter sumpta. scilicet credulitate que est etiam de humanis sicut cum quis firmiter credit parentes suos esse talem et talem. ¶ Secundo notandum quod fides dicitur substantia rerum sperandarum potius quam diligendarum ex eo quod dilectio potest esse presentium et absentium visorum et non visorum. Sed spes est tantum de absentibus et non visis. de quibus etiam est fides quare et si videantur ea que sunt fidei aliquo modo scilicet ut credenda non tamen oculo corporali vel intellectuali demonstrative. ¶ Tertio notandum quod argumentum dicitur multipliciter ¶ Primo brevis enarratio subsequentium vel brevis collecto materie simul sumpte totius libri. Et sic sumitur in biblia ubi prologi librorum aliquando dicuntur argumenta Secundo argumentum dicitur ostensio vel manifestatio secundum illud Johan. iij. Omnis qui male agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius ¶ Tertio dicitur argumentum ratio rei dubie faciens fidem et hoc modo sumitur in logicis. sed in theologicis econtra fides facit argumentum seu rationem ¶ Quarto dicitur argumentum certitudo ex qua animus movetur in aliquid. et sic fides dicitur argumentum. ¶ Tertio videndum est utrum fides sit virtus. Et quod sic patet secundum Bonaventuram. xiij. dist. tertij libri. tum quia ipsa est principium nostre salutis. tum quia est opposita vicio infidelitatis

tū etiam qr in illa consistit recti
tudo vite sm regulam iusticie
que est vt homo simpliciter cre
dat is que nobis sunt a deo re-
uelata. Nec obstat ꝙ Aristo. et
sui seqces ceteriqȝ philosophi
non posuerūt nisi ꝟtutes. Aut
morales vt prudentiā iusticiā
fortitudinem et temperantiam
vel intellectuales. vt sunt intel
lectus. scientia. sapientia. et pru
dentia et ars. De quibus loq-
tur Aristo. in sexto ethicorum
quoniam secunduȝ Tho. pria
ij. q. lxij. pter supdictas necessa
rias ꝟtutes necessariū fuit eē vir
tutes theologicas. Nam p vir
tutem perficitur homo ab act⁹
quibus in beatitudinem ordi
natur. Est autem duplex ho-
minis beatitudo. Una propor
tionata nature ad quam per-
uenire potest per principia sue
nature. Alia excedēs hominis
naturam ad quam homo sola
virtute diuina attingere potest
secundum quandam diuinita
tis participationem. Et quia
huiusmodi beatitudo propor
tionem humāe nature excedit
pricipia naturalia hominis ex
quibus procedit ad bene agen
dum secundum suam proporti
onē non sufficiunt ad ordinā
dum hominem in beatitudinē
predictam. vnde oportet ꝙ su-
peraddantur homini diui-
tus aliqua principia p que se
ordinetur ad beatitudinem su
pernaturalem sicut per princi
pia naturalia ordinatur ad fi
dem conaturalem non tamen
absqȝ adiutorio diuio. Et hec
principia dicūtur ꝟtutes theo
logice: tum quia habent deum
pro obiecto inqȝtum per eas re
cte ordinamur in deum. tuȝ qr
a solo deo nobis infunduntur
tum quia sola diuina reuelatō
ne in sacra scriptura nobis tra-
duntur. ¶ Franciscus vero de
maronijs in quodam tractatu
de virtutibus ait ꝙ virt⁹ theo-
logica scdm nois significatio-
nē dicitur virtus diuina a the-
os ꝙ est deus. vnde Dyonisi⁹
in libro de diuinis nominibus
omnia ad deū pertinentia siue
ad diuinitatem vocat theolo-
gica. Sed aliquid dicitur diui
nū tripliciter. Aut quia in deo
formaliter reperitur. vt eterni-
tas. bonitas. imensitas et hu-
iusmodi que dicuntur pfectio-
nes diuine. ¶ Aut qr deo assi-
milatur. Sicut Dyonisi⁹ li. d
diuinis noibus vocat sanctū
Iherotheū virū diuinū qr deo
similis erat per participationē
virtutū. Aut quia ad deū ter-
minatur sicut ad obiectū Si
cut theologia dicitur scriptura
diuina. qr de deo loquitur. Di
cuntur ergo virtutes theologi

ce diuine. nõ primo nec secũdo sed tertio mõ. qr .s. sunt a deo et ad ipm terminantur sicut ad propriũ obiectum. Si quis vero obijceret q methaphisica n ponitur virtus theolica et tam negociatur circa deũ et substã/tias separatas. Rñdet Franciscus q methaphisica ẽ de deo sub ratione cõi q est naturali/ter nota. virtus vero theologica sub rõne propria que est credita. Multa est xpianorum obli/gatio ad benignissimũ deũ qui tanta luce veritatis corda no/stra respersit vt fide media ma/gis imbuta sit vna vetula d di/uinis q gentiles philosophi q euanuerũt in cogitatõibus suis.

¶ Quod fides ẽ necessaria ad salutẽ et etiã credẽda sunt aliq q rõne naturali pbari põt et ali/qua etiã explicite.

Capitulum secundũ.

Secundũ mysteriũ declarandũ de fide dicitur necessitatis. vbi sunt tria dubia decidenda

¶ Primum vtruz fides sit ad salutẽ necessaria.

¶ Scdm vtrũ sit necessarium credere aliqua que ratione na/turali possent de deo inuestiga/ri. ¶ Tertium vtrum sit neces/sariũ credere aliquid explicite

¶ Ad primũ dubiũ respondet athanasius in symbolo dicẽs. Quicunq vult saluus esse an te oia opus est vt teneat catholicã fidẽ. Quã nisi quisq integrã inuiolatãq seruauerit saluus esse nõ poterit. Rõ aũt qre fides ẽ necessaria. qr ipsa illuminat in tellectũ ad necessariã cognitio nẽ dei. In oi eni via et in omni opatione ẽ primo necessaria co gnitio finis ipsius opatõis vel vie Qr finis ẽ cã causarum. ex. ij. me thaphisice et finis mouet agen tẽ et ẽ principiũ oim opationuz nostrorum ex. ij. ethicorum. Et licz fi nis sit vltimus in executõe tñ est primus in intẽtione et mouet agẽ tẽ. Sicut ergo se hñt principia in demõstrabilia in speculabilibus sic se habz finis in opabilibus. Cuz vero in hoc mũdo oẽs simus via tores et nõ habeamus hic ciuita tẽ manentẽ. vt dicit ad hebreos vlti. ca. Finis ad quẽ ordinati sumus et ad quẽ debemus tẽde/re ẽ deus: vñ Magister sniaruz di. i. ij. li. ait Fecit deus rõnalem creaturã vt summũ bonũ intel ligeret. itelligẽdo amaret amã do possideret. et possidẽdo frue retur. Et Augustinus in libro confessionũ. Fecisti nos domĩe ad te et inquietum est cor nrm donec quiescat in te. Sicut ita q deus est causa efficiens om nium per potentiam suã et cau a exemplaris p suã sapientiaz

sic est ꝛ finalis ꝑ suã bonitatẽ Quare apocalypsis.i.c.dixit. Ego sũ alpha ꝛ o principium ꝛ finis. Cũ ergo ipse deus sit finis noster sequit̃ ꝙ nos debemus ipsum scire ꝛ cognoscere Immo vt ꝓbat Tho. in.iij. ꝯ gentiles: Intelligere deũ est finis oĩs intellectualis substãtie. Et in.i.ꝯ gentiles inducit aristotelẽ qui in decio ethicoꝝ reprehendit simonidẽ quendaꝫ q̃ persuadebat hominibꝫ vt p̃termitterẽt diuinã cognitionẽ ꝛ humanis rebꝫ ingeniũ applicarẽt Oportere inq̃ebat hoiez humana sape ꝛ mortalia mortalẽ. Contra q̃ simonidẽ dicit phs ꝙ hõ se dat ad imortalia ꝛ diuina trahere q̃ꝫtũ põt. q̃re videt̃ ꝙ necessaria sit cognitio de dinis ad quã habendam ꝑ statu isto ꝯueniens mediũ est fides; Et ad hoc clarius intelligẽdũ nota.s̃m Tho.in quarto ꝯ gentiles.ꝙ hõ de diuinis triplicẽ cognitionẽ habere potest. ¶ Prima ẽ cognitio nature.ꝛ hec habet̃ ꝑ naturalẽ rõnem ¶ Scd̃a.ẽ cognitio gratie ꝛ hec hẽt̃ ꝑ diuinalẽ reuelatiõꝫ ¶ Tertia ẽ cognitio glorie. et hec habet̃ per supnaturalẽ illuminationẽ. ¶ Prima cognitio bona. ¶ Scd̃a melior. ¶ Tertia optima. Ultima cognitio haberi nõ põt absq̃ scd̃a q̃ hõ

cognoscit q̃ iuestigari non pñt rõne naturali ex reuelatiõe dei Cognitio ḡ fidei illuminat intellectũ ad cognoscendũ deuz trinũ ꝛ vnũ creatorẽ celi ꝛ terrez ꝛ reliq̃ in articulis fidei ꝓposita. ¶ Scd̃m dubiũ fuit vtrũ sit necessariũ credere aliqua q̃ etiã d̃ deo rõne naturali possent inuestigari. vt ꝙ deꝰ est. ꝛ ꝙ deus est vnuꝰ ꝛ similia. Ad qd̃ rñdet Tho scd̃a scd̃e.q.ij. ꝛ in primo ꝯtra gentiles ꝙ sic multiplici rõne

¶ Prima quia cognitio fidei est certior.

¶ Scd̃a q2 velocior

¶ Tertia q2 cõmunior

¶ Quarta q2 amplior

¶ Quinta q2 vtilior

¶ Prima rõ est. q2 cognitio fidei ẽ certior. nã cõnaturalis ẽ multũ deficiẽs a cognitiõe diuinoꝝ. Cuius signũ est q2 phi ꝑscrutãtes dina naturali ingenio in multis errauerũt ꝛ sibi ipsis ꝯtradixerũt vt apparet i eoꝝ dictis atq̃ sentẽtijs q2 hõ falli põt. deus aũt falli nõ põt nã si hũana rõ nõ põt ꝑtingere ad ꝑfectã cognitionẽ rerum creataꝝ sensibiliũ. quanto magis in rebus diuinis que nullo sensu ꝑcipi pñt. q2 vt inq̇t Aristo. in ꝓlogo metaph. Deus ẽ remotissimꝰ a sensu vt igit̃ eẽt apud hoĩes idubitata ꝛ certa

cognitio de deo oportuit q̄ di
uina eis p̲ modū fidei traderē
tur q̄si a deo dicta q̄ mētiri nō
pōt. ¶ Hinc Lactan. li. i. diui
narum institu. inq̄t. Omissis ter
renis huiusce p̄hie auctoribus
nil certe afferentibus aggredi
amur viā rectā quos equidem
si putarē satis idoneos ad bn̄
viuendū duces esse. et ipse seq̄
rer et alios vt sequerent̄ horta
rer. Sed cū magna inter se cō
certatiōe dissideāt secumq̄ ipi
plerūq̄ discordēt apparet eo
rū iter nequaq̄ esse directū. siq̄
dē sibi cuiq̄ vt ē libitū ꝓprias
vias impresserūt. confusionemq̄ ma
ximā inq̄rentibus veritatē reliq̄ue
rūt. nobis aut q̄ sacr̄m religio
nis accepimus cū sit veritas re
uelata diuinitus oēs vtriusq̄ se
xus sine vllo discrimine ad ce
leste pabulū conuocamus. hec il
le. Certior ergo ē cognitio que
habet̄ p̲ fidē q̄ que habetur p̲
sciam ex p̲te cause certitudinis
q̄r fides initit̄ veritati diue que ē
eius obiectū. Scia v̄o innitit̄
rōni humane. vt refert Tho.
scd̄a scd̄e. q. iiij. arti. vlti. Hic
ap̄l's ad ephesios. iiij. cap̄. ait.
Nō amplius ambuletis sicut
et gētes ambulant in vanitate
sensus sui tenebris obscuratum
hn̄tes intellectū. ¶ Scd̄o cog
nitio fidei ē velocior q̄ illa q̄
hētur p̲ rōnē naturalē. Scien
tia namq̄ ad quā ꝑtinet ꝓbare
deū eē et esse vnū et esse nobilis
simū potentissimū etc̄. vltimo
hoīb addiscēda ꝓponit̄ suppo
sitis multis alijs sciētijs. et sic
nō nisi post magnū tp̄s cogno
scerent̄ ista de deo. nā metha
phisica q̄ circa diuina versat̄ inter
p̄hie p̲tes vltima remanet ad
discenda. ¶ Tertio cognitio fi
dei ē cōmunior. Multi em̄ in
studio sciē ꝓficere non pn̄t ꝓpt̄
multa ipedimēta. Nā aliq̄ ipe
diunt̄ a studiose inq̄sitiōis fru
ctu q̄ est inuētio veritatis ꝓpter
indispositionē cōplexionis ex
qua multi naturaliter sūt idis
positi ad sciam ¶ Aliq̄ ipediū
tur necessitate rei familiaris.
Oportet em̄ inter hoīes eē ali
quos q̄ tp̲alibus administrādis
insistāt qui tantū tp̄s in ocio
contemplatiue cognitionis non
possent expendere vt ad sūmū
fastigiū humane inq̄sitionis p̲
tingerent. s. dei cognitionem.
¶ Quidā insup̲ retrahunt̄ vo
lūtaria pigricia. Isti ergo tales
omnino a dei cognitione frau
darent̄ et consequenter a felici
tate p̲fecta. Fuit ergo necessa
rium vt diuina p̲ modū fidei
credenda ꝓponerent̄. Cuius co
gnitio cōmunis est omnibus vt
sic omnis caro saluari possit.
Quia sicut dicitur ad collocē
ses. iij. ca. In xp̄o iesu non est

masculus ⁊ femina non est ser/
uus neq; liber. ¶ Quarto co/
gnitio fidei est amplior. quia
ad plura extenditur q̄ȝ cogni/
tio que habetur per ratione͂ na
turale͂. Na͂ p ratione͂ naturalez
no͂ possumus cognoscere ꝺ deo
nisi ꝙ est. ⁊ quod est vnus ⁊ si/
milia. Sed no͂ ꝙ sit trin⁹ in p/
sonis nec ꝙ virgo possit parere
⁊ hmo͂i. Ideo Apl's prime ad
corinthios. ij. c. ait; Loquimur
dei sapiam in ministerio quam
nemo principu͂. i. philosophoru͂
huius seculi nouit. O aurea se
cula nostra luce veritatis per ie
sum xp̄m dn̄m nostru͂ illustra/
ta a deo vt in cognitione reruz
altissimaꝝ dei multomagis p
ficiat vna vetula xp̄iana q̄ȝ om
nis schola gentiliu͂ philosopho
rum. Impletu͂ quippe e͂ dictuz
ysaie. xi. c. Repleta e͂ terra scien
tia dn̄i sicut aque maris opien
tis ¶ Quinto cognitio fidei est
vtilior. Na͂ assentire his q̄ na/
turaliter cognosci pn̄t nulli⁹ est
meriti sicut credere ꝙ sol moue
tur ⁊ similia. Sȝ assentire his
que a ꝺo sunt reuelata maximi
est meriti. Primo ro͂ne reueren
tie q̄ȝ adhibet ho͂ deo. qꝛ credit
ei etia͂ ea q̄ non capit. Naȝ qua͂
do aliquis credit simplici ver
bo alicuius de his q̄ alias igno
rat exhibet sibi honore͂. Unde
Ualerius maximus libro. viij
c. xvi. inquit. Pictagore tanta
auctoritas ab auditoribus fu
it tributa vt que ab eo accepe/
rant in disputatione͂ ducere ne
phas estimarent. Qui etia͂ in/
terpellati ad credendu͂ causam
hoc respondebant ip̄m dixisse
Qua͂tomagis homo debȝ cre
dere deo qui reuelauit nobis
mysteria fidei p dilectum filiuz
suum vnigenitu͂ pro nobis in/
carnatu͂ ⁊ per prophetas ⁊ apo
stolos ac sanctos suos ¶ Sc'do
credere est maximi meriti. quia
homo hum iliat intellectuȝ su
um ad credendu͂ ea q̄ intellectu
non potest percipere dice͂do cuȝ
Hilario. qꝛ plura potest deus
facere q̄ȝ intellectus intelligere
Quod aute͂ sic credere sit meri
toriu͂ probatur a sancto Tho.
ij. ij. q. ij. Quia omnis act⁹ qui
subijcitur libero arbitrio moto
a deo p gratia͂ ⁊ relatus in deu͂
est meritorius. Sed credere est
actus intellectus assentientis ve
ritati diuine ex imperio volunta
tis mote a deo per gratia͂ ⁊ sic
subiacet libero arbitrio i ordie
ad deu͂. ergo actus fidei e͂ meritori
us. Insuper omis actus virtu
tis e͂ laudabilis ⁊ meritorius.
Sed credere est act⁹ fidei que
est virtus. ergo meritori⁹. Pro
pterea Augustin⁹ sup Johan
ne͂ ait. Sicut in radice arboris
nulla prorsus apparet pulchri/

mdo. ⁊ tñ q̄cquid est in arbore
pulcritudinis vel fruct⁹ ex illa
ꝓcedit. Sic ex fide humilitate
quicquid meruit quicquid be
atitudinis aīa susceptura ē ex
fidei fundamēto ꝓcedit. ¶ Ter
tiū dubiū fuit vtrū sit necessari
um credere aliquid exp licite.
¶ Ad qđ r̄ndet Tho. ij. ij. q. ij
Qđ semꝑ fuit necessariū crede
re aliquid explicite Et i veteri
testamēto ⁊ apud oēs natiōes
sufficiebat credere illa duo q̄ po
nit Apostolus ad Hebreos. xi
c. Accedentiū ad deuꝫ oportet
credere q꞉ est. ⁊ ꝙ inquirentiuꝫ
se est remunerator Et in diui
no esse includuntur omnia q̄ cre
dimus in deo eternaliter existe
re vt trinitatem ⁊ perfectiones
omnes in quibus nostra beati
tudo cōsistit. In fide autē pro
uidentie que ibi notatur cū di
citur ꝙ inquirentium se ē remu
nerator includuntur om nia q̄
a deo temporaliter dispēsātur
ad hoiem que sunt via ꝑueniē
di i beatitudinē vt redemptio
facta per xp̄m in qua implicite
cōtinentur incarnatio. resurre
ctio. passio ⁊ huiusmōi. Mi
nores ergo credendo illa duo ex
presse credebant implicite om
nes articulos fidei ⁊ i hoc suffi
ciebat eis. Maiores autem vt
ꝓphete ⁊ alij habuerūt de qui
busdā articulis fidē explicitā.

In nouo aūt testemēto post te
pus gratie reuelate non sufficiē
illa duo credere explicite. Sed
oportet ꝙ oēs tam maiores q̄꞉
minores habeant explicitam fi
dē de mysterijs xp̄i. vt incarna
tionis. passionis resurrectōis
ascensionis. ⁊ huiusmodi pre
cipue de his que cōm uniter so
lēnizat ecclesia. ⁊ que publice ꝓ
ponūtur Aut etiā de mysterio
trinitatis q̄tū ad numerum ⁊
distinctionē ꝑsonaꝝ q꞉ hoc ex
primitur in mysterio incarna
tionis hoc enim per se est obie
ctum fidei. Quia illud ꝓprie ⁊
per se pertinet ad obiectū fidei
per quod homo non sequitur
beatitudinem ⁊ quod ē via ho
minibus veniēdi ad beatitudi
nem. Hoc est mysteriū incar
nationis passionis ⁊ huiusmo
di. Quia vt dicitur de cōsecra
tione distinctione. viij. ca. Fir
missime Ab ira dei quam icur
rimus propter originale pecca
tum nullus liberatur nisi per
fidem mediatoris hominis ie
su christi. sed vt dictum est in
veteri testamento implicitam
nunc explicitam in nouo testa
mento quo ad adultos. per ac
cidens autem ⁊ secundario ꝑ
tinent ad obiectum fidei om
nia que in scriptura sacra diui
nitus tradita continentur.
Sicut ꝙ abrahā habuit duos

filios. q david fuit filius ysai. et hmoi. Et q̄tū ad ista q̄ secū dario ptinēt nō tenet homo explicite credere sed solū implicite et in preparatione animi inq̄tū paratus ē credere quicq̄d in sacra scriptura ɔtinetur. Sed tunc tenet hoc explicite credere qn̄ hoc ei constiterit i doctrina fidei contineri.

¶ Qd fides debet esse integra simplex et operosa. Ca. iij

Ertiū mysteriū declarandū de fide dicitur qualitatis. In quo sciendū qd ad fidei pfectionē requirunt tres conditiones.

¶ Prima dicit integritatis

¶ Secūda simplicitatis

¶ Tertia operositatis

¶ Prima fidei ɔditio ē integritas. Debet enim quilibet credere oia que credēda sūt. Qui enim ita crederet oēs articlos vt vnū ptinaciter negaret salvari non pōt. Immo vt dicit Tho. ij. ij. q. v. In hereticis q̄ errāt i vno articulo licet i aliis non errent nō est fides nec formata nec informis. Ratio est. quia sublata formali ratōe obiecti fidei fides remāere nō potest. sicut in aliis habitib vt etiam remota luce visio esse non potest. Obiectū autē fidei formale ē veritas prima sm q manifestatur in sacris scripturis et doctrina eccie vn̄ quicūq non inheret infalibili et diuine regle et doctrine eccie q̄ procedit ex veritare prima in sacris scripturis manifestata ille nō hz hitū fidei. Sz ea q̄ sunt fidei aliomō tenet q̄ p fidē. Manifestū est aūt q ille qui inheret doctrine eccie sicut infallibili regule omnibus assentit q̄ eccia docet Alioquin si de his que ecclia docet que vult tenet et que vult non tenet. .non iam inheret doctrine ecclesie sicut infallibili regule sed proprie voluntati. et sic manifestū est q hereticus q̄ ptinacit discredit vnū articulū fidei nō est paratus in omnibus sequi doctrinā eccie. Si enim nō pertinaciter discederet vnū articulū tā nō est hereticus sed errās. Hereticus ergo qui de vno articulo fidē nō habet de aliis etiā articulis fidē nō hn̄t. sed opinionē quandā sm ppriā voluntatē. ¶ Scda conditio fidei ē simplicitas. Debet vnusquisq simpliciter ɔfiteri fidē xpi absq rōnū auxilio. vt ptz de summa trinitate et fid catholica. c. i. Et Grego dicit in omelia. Fides nō habet meritū cui humana ratio prebet experimētum ¶ Sed contra quis potest arguere. Nan in glo. in ca. Si qn̄. De rescriptis. dicit q de, oi

bus est ratio reddēda. Et pre
latus paratus debet esse redde
re rationem omni poscenti. vt
dicit Petrus prima sua cano/
nica. ca. iij Et ad idem facit qd
notatur. xxxvi. di. §. Ecce. Et
ff. de religiosis ꝛ sumptib9 fu/
nerum. l. Si quis. §. Sed int
dum. Insuper testes examinā
di debent reddere rationem sui
dicti. Alias dictum eoꝝ nō va
let. ij. q. i. c. In primis. Et. iiij.
q. iij. §. Item in criminali. ver
si. Item sola. Et. xxiij. q. iij. c.
Si habes. ꝛ. lxviij. distin. cap.
Coꝛ episcopi. ¶ Ad hoc respō/
det glo. predicta in ca. Si quā
do quod de omibus ratio red
di debet si potest reddi Sz qñ
ꝙ per impotentiam aliter con/
tingit. aut quia nō interest no
stra qualiscunqꝫ sit illa ratio
¶ Pro clariore tamen huius
partis noticia notanda sūt ali
qua documenta. ¶ Primum
est ẜm tho. ij. ij. Quod rō hūa
na ad ea que sunt fidei potest
se habere ad voluntatem credē
tis dupliciter. ¶ Uno mō ante
cedēter. puta cum qs non vult
credere vel non habet promptā
voluntatē ad credendum nisi
ratione humana induceretur.
Et tunc ratio humana dimi/
nuit meritum. ¶ Scdo modo
ratio humana se habet ad vo/
luntatē credētis consequenter
puta cum homo habet pmptā
voluntatē ad credendum etiā
sine ratione. Et ex hoc ꝙ diligit
veritatē creditā sup ea cogitat
ꝛ amplectitur siquas ratōnes
ad hoc inuenire pōt. Tunc hu
mana ratio non diminuit me/
ritum fidei. sz ē signū maioris
meriti. Sanctus vero Bona
uētura in prologo suo pmo sen
tētiarum dicit Qd ratiōes in
ducte pro fide valent. Ad con
fortandū debiles ꝛ īfirmos i fi
de. Ad delectandū fortes ꝛ ad
ꝯuincēdum aduersarios. vnd
Aug9. li. primo de trinitate in
quit. Aduersus hereticos gar/
rulatores elatiores poti9 ꝙ ca
paciores rōnibus catholicis ē
vtēdum. ¶ Scdm documētū
ꝙ ea que sunt fidei ꝛ si supra ra
tionē sint nō tñ ꝯtra rationē vt
dicit Hugo de sancto victore.
Et ideo querere ea que sunt su
pra rationē nō ē vituperabile sz
laudabile dum tñ qs ista ꝗrat
moderate ꝛ cum humilitate
¶ Tertium documētum ꝙ ra
tio naturalis in his q̄ sūt fidei
pōt induci vel cū fide vl' cōtra
fidē. Et illa quidē rō q̄ ẜm fi/
dē inducitur pōt augere meri/
tum in quantū facit volunta/
tē magis promptam ad credē
dum. Ratio autē inducta con
tra fidem manente eadem vo/
luntate credendi auget meritū

qui eas non videt. sicut qui tē-
ptatur vehementi⁹ de luxuria
vel alio vicio si resistat equali
volūtate magis meretur Hec
Tho. in. iij. ¶ Quartū docu-
mentū ꝫm Tho. in. i. cōtra gē-
tiles. Nō credere alicui subi-
to sine deliberatione sine inspi
ratione ꝛ sine motione sufficiē-
ti est leuitas mentis. Credere
ꝯo cum deliberatione vel in-
spiratione vel motiuo sufficiē-
ti non est leuitas cordis. sicut
facit ille qui credit ea que sunt
fidei. Talis eñ habet suffici-
ens motiuū ad credendū. In
ducitur eñ auctoritate diuine
doctrine miraculis confirma-
te ꝛ amplius interiori instinctu
dei illuminantis. ¶ Tertia cō
ditio fidei dr̄ operositatis. qui
eñ credunt debēt bene opari.
ꝛ operibus virtutum intende
re. Ad hoc eñ nos excitant vo
ces scripturaꝝ sanctaꝝ. Unde
in Deutrono. vi. c. scribit. Fac
qd̄ bonū est ꝛ placitū in cōspe
ctu dei dn̄i tui vt bene sit tibi.
¶ Et Thobie. iiij. ca. Multa
bona habebim⁹ si timuerim⁹
deū ꝛ recesserimus ab oi pecca
to ꝛ fecerimus bene. Et ecclesi
astes. iij. c. Cognoui ꝙ nō eēt
melius nisi letari ꝛ facere bona
in vita sua. Et ps. xxxiij. De-
clina a malo ꝛ fac bonum. Et
ps. xxxvi. Spera in domino ꝛ

fac bonitatem. ꝛ Isa. pmo ca.
Quiescite agere peruerse disci
te benefacere. ꝛ. vij. c. Bonas
facite vias vestras ꝛ studia ve
stra ꝛ habitabo vobiscum Et
Amos. v. c. Querite bonū et
non malū vt viuatis ꝛ erit do
minus deus vobiscū. ꝛ paul⁹
ad roma. ij. c. ait. Gloria autē
ꝛ honor ꝛ pax omni opāti bo
nū. ꝛ. xij. c. puidentes bona. et
xiij. c. Uis non timere fac bo-
num ꝛ habebis laudem ex illo
ꝛ ad galathas vi. c. Bonū fa
cientes non deficiamus. ꝛ iteꝝ
ibi. Dū tempus habem⁹ ope-
remur bonū. ꝛ Joh. i. canoni-
ca. c. iij. Qui bn̄facit ex deo est
ꝛ aug⁹. xxxviij. dis. ca. Nullus
Qui recusat bona agere mag
diaboli ꝙ xpi membꝝ eē ostē
ditur ꝛ potius infidelis ꝙ fide
lis esse monstratur. Et salua-
tor noster Matthei. v. c. Sic
luceat lux vestra coram homi-
nibus vt videant opa vr̄a bo
na. Sed quantū ad opa videt
quasi vbiꝙ fides extincta dū
illi qui xpiano censentur nomi
ne p maiori pte oēs declinaue
runt ꝛ inutiles facti sunt nec ē
q faciat bonū vix vsꝙ ad vnū
Adaucta quippe est diaboli ma
licia ꝛ multo plures sequuntur
opera tenebraꝝ ꝙ lucis. quod
verū n esse per experientiā co
gnosci potest, dum xpiani die-

bus istis cōtra xp̄m eiusq̧ doctrinam vitam suam ducant i quolibet genere vicioꝝ. Nō sic non sic decet xp̄ianos viuere. sed iuste sobrie ⁊ pie expectantes beatā spem ⁊ aduentū glorie magni dei. ad quā nos perducat ille qui est bn̄dict⁹ ⁊ laudabilis in secula sclo͛ꝝ amen.

¶ Feria tertia post dn̄icam resurrectionis de iocūda pace Sermo. lij.

Dixit eis pax vobis Scribuntur hec v̄ba Luce. xxiiij c. ⁊ in euangelio hodierno. Rem ꝑgratissimā efficiunt eterno patri p̄dicatores verbi dei qui populis annūciant alta p̄conia pacis. Inquit enī Isaias. lij. c. Quā pulchri sup montes pedes annūciantis ⁊ p̄dicantis pacem. Per illam quippe homies filij dei vocari merentur Unde christus iesus Matthei. v. ca. dicebat Beati pacifici quoniā filij dei vocabuntur Hanc antiquus hostis vehement͛ exhorret quā a principio sue cōditiōis expugnare conatus est. In celo ꝙppe empireo angeli tenebraꝝ ad p̄lium cum angelis bonis atq̧ eiusde beatis totis suis viribꝫ contenderunt Et quia recusauerūt esse pacifici a deo reprobati sunt ⁊ de celo expulsi atq̧ suplicio sempit͛no adiudicati ¶ Propterea similes illis fiunt qui iurgia querunt lites sectantur. odia fouēt. rixas exercēt. bella q̧ volunt iniusta. Tales. vtique xp̄iano nomine indigni cre scendi sunt. qui cum xp̄o ꝑtem habere nō possunt. Idcirco in p̄nti sermone de laudibꝫ pacis dicere statui quā xp̄s postq̧ a mortuis surrexit discipulis blādo sermone annūciauit. ¶ Declarabimus itaq̧ de ipsa pace tria mysteria.

¶ Primū dicit͛ distinctiōis
¶ Secundū ꝯmēdatiōis
¶ Tertiū fructificatiōis.

¶ De multiplici pace. s. simulata. inq̄nata ⁊ ordinata q̄ adhuc multipliciter distinguit͛.

Capitulum primū.

Primū mysteriū declarandū de pace dicitur distinctionis. Possum⁹ eni distinguere triplicē pacē.

¶ Prima dicit͛ inq̄nata.
¶ Scd̄a simulata.
¶ Tertia ordinata.

¶ Prima est pax inquinata et viciosa illorum videlicet q̄ sunt in malo concordes. Talis pax etiam inter demones reperitur pro quibus Christus dicebat Lu. vndecimo et Mathei. xij.

Omne regnū in seipm diuisū desolabit. Si sathan in seipm diuisus ē quō stabit regnum eius. Ut em inqt Tho. i. pte. q. cx. Inter demones ē platio. qꝛ demonū quidā naturali or dine sub alijs ꝯstituunt. vnde actiones eoꝝ sunt sub actioni bus supioꝝ. ꝛ hoc ē qd rōnem plationis facit. vt. s. actio sub diti subdat actione plati. qua re illi qui naturaliter sūt sapiē tiores ꝛ potētiores alijs impāt tiores ꝛ potētiores alijs impāt minoribꝫ illis ꝛ illi obediunt. Et ꝯcordia eoꝝ nō est ex ami citia quā inter se habeant. sed ex cōmuni nequitia qua hoies odiūt ꝛ dei iusticie repugnant Est em etiā hominū impiorū vt eis se adiūgant ꝛ subijciant ad ppriā nequitiā exequendā quos pociores viribꝫ vident. Necꝫ in demonibꝫ accidit ad bonū superioꝝ ꝙ eis inferiores subdant. sed magis ad maluꝫ eoꝝ qꝛ cū mala facer maxie ad miseriā ptineat pesse i malis ē eē magꝫ miseꝝ. hec Tho. sicut ergo par demonū reprobata ē ita ꝛ par atꝙ concordia ma/ loꝝ hoim. adulteroꝝ. latronū lusoꝝ gulosoꝝ. ꝛ similiuꝫ. Jō iesus benedictus Matthei. x. c. dixit. Nolite putare ꝙ vene/ rim pacē mittere in terrā. Nō enim veni pacē mittere sꝫ gla/ diū. Ueni enim separe hoiem aduersus hominē. filiū aduer/ sus patrē suū. ꝛ filiā aduersus matrē suā. ꝛ nurū aduersus so crum suā. Que oia intelligen da sunt de sepatione rōnabili cū. s. quis discordat ꝛ separat ab aliquo qꝛ ipse vult dei vo/ luntatē implere. Jlle ꝑo qrit ꝛ studet vacare vitijs quo casu licet filio timēti deū discorda re a patre sectāte vestigia dia/ boli ꝛ similia. ¶ Scda par est simulata. Hec est illoꝝ qui in corde odiū abscondētes ligua se dicant beniuolos ꝛ amicos De quibꝫ ait dauid in ps. Lo quunt pacē cū pximo suo. ma la aūt in cordibꝫ eoꝝ. ¶ Talis fuit par carthaginensiū quam simulate petebant a romanis. Ut eni narrat Titus liuius. Postꝙ in africā se ꝯtulit sci/ pio africanus existēte hāniba le in italia victis iam sepe car thaginensibꝫ carthago varijs terroribꝫ agitata ad hanniba/ lem legatos misit vt celeriter succurreret patrie piture. Cō/ sequenter triginta pncipes se/ nioꝝ qd sanctissimū in illa vr be ꝯsiliū erat. ꝓ petenda pace mittunt ad scipionē q iam ex/ tructa castra sua in conspectu carthagis locauerat. Fiebant aūt hec nō pura fide. sed vt ꝑ verba pacis tēpus effluerez. q cities anꝙ respirarent. donec

hannibal remearet legati vbi in castra romana ꝛ in ꝑtoriū venerūt more adulātiū āte pedes ducis postrati ꝓcubuerūt q̄ꝝ sniā hec fuit. Nolle se crimē vel excusare vel negare. sed illis tribuere quoꝝ esset: hoc est nō populo ciuitatis sed hānibal suisq̄ꝫ cōplicibꝫ qbꝫ tumultuari ꝛ furere ꝛ ex bellis bella serere semper magnificū visū ē Igitur populo ꝛ inocenti vrbi veniā petūt ꝯcludentes se facere quecūq̄ꝫ iusserit. Tunc Scipio leges pacis dixit. ¶ Pria fuit ꝙ oēs transfugas ꝛ fugitiuos restituant. ¶ Secunda ꝙ exercitus oēs ab italia deducant ꝛ hispania sicilia ꝛ sardinia. ¶ Tertia ꝙ omnibus inter italiā ꝛ africā insulis ꝑpetuo abstineant. ¶ Quarta ꝙ naues omnes longas tradant preter viginti in vsus pacificos reseruatas. ꝛ ꝙ pararent certā quātitatem frumenti ꝛ hordei ꝛ ꝙ soluerent adhuc aliqua talēta auri ꝛ argenti. Cū his conditioībꝫ inquit Scipio. Si pax placet infra triduū respondete Nam firmabimus inducias ꝛ legati romā ad senatū mittent Carthaginēses infra terminū pacis conditiones approbant Duplex ergo legatio. Vna ad scipionē inducias firmatura. Altera ad senatū pacē petitura decernitur. Et cū legatꝰ ad Scipionē captiui ꝛ transfuge aliqui remittunt vt res bona fide credatur geri. Et romā legati penoꝝ iuuenes missi sunt vt etas fraudem tegeret ꝛ ignorantiam excusaret. Pēdente autem pacis negocio ꝛ durantibus treugis captis multis nauibus romanoꝝ carthaginenses fregerūt induciarum fidem. Neq̄ꝫ tamen tot offensis constantiam Scipionis inuida carthago fregit. Quibꝫ legatis hostiū cum suis ab vrbe redeuntibus ius gentiū saluum vellet cauens hostiles mores quos oderat emulari. quibus ad se perductis. Ite inq̄t securi multoq̄ꝫ benignus apd romanos in bello q̄ꝫ romani apud vos inter inducias habiti. Ecce ꝙ carthaginēses cū pace simulata damnificauerūt romanos. Qui tn̄ postea hannibale a scipione deuicto facti sunt ꝛ ipsi voluerint noluerint tributarij romanoꝝ. Caute ergo semper agendū. quia vt vegetiꝰ li. ij. ꝺ re militari ait. Frequentius conuentionū pacisq̄ꝫ simulatio credulis magis nocuere q̄ꝫ arma. Sed vhe illis qui confidentes in malicia sua ꝓditionibꝫ querūt alios subijcere sibi. q̄ꝛ deus vltor est iniq̄tatis illoꝝ. Diligit eni ꝟitatē

In bellis licet uti insidijs

diligit et fidē. ob qđ aug⁹. xxiij q. i. c. Noli inq̄t. Fides q̄n pro mittit̄ etiā hosti seruāda ē. Sz hoc loco incidenter querit̄. an in bellis licitū sit vti insidijs: cū insidie fraudes q̄dā videant̄ esse et per ɔ̄ns ad iniusticiā p̄ti nere. ¶ Ad quod r̄ndet Aug⁹ dicens. Cū iustū bellū suscipi tur vtrū apte pugnet aliq̄s an ex insidijs nihil ad iusticiā iter est. Est de hoc exemplū iosue cui mandauit deus vt insidias poneret ɔ̄ habitatores ciuitatis Hay. vt scribit̄ Josue. viij c. ¶ Sed notādū vt dic̄ Tho. sc̄da sc̄de. q. xl. q̄ īsidie ordināt ur ad fallendū hostes. ¶ Du pliciter aūt p̄ōt quis falli ex fa cto vel dicto alterius. ¶ Uno modo ex eo q̄ ei d̄r falsum vel nō seruare promissum. et istud semper est illicitum. et hoc mo do nullus debet hostes fallere Sunt em̄ quedā iura bellorū et federa etiam inter ipsos hostes seruanda vt ambro. ponit li. de officijs. ¶ Alio modo po test quis falli quia ei ꝓpositū aut intellectum non aperimus hoc autē facere semꝑ non tene mur. vnde inter cetera docu menta rei militaris hoc p̄cipue ponitur de occultandis consi lijs ne ad hostes perueniant. et talis occultatio pertinet ad ra tionem insidiarū quibus vti li citū est vti in bellis iustis. nec ꝓprie huiusmodi insidie vocā tur fraudes nec iusticie repug nant nec ordinate voluntati. Esset em̄ inordinata volūtas si aliq̄s vellet nihil sibi ab alijs occultari. aliud est ergo vti in sidijs modo dicto. aliud sub colore pacis frangere fidem.

¶ Tertia pax d̄r ordinata que multiplex adhuc est ¶ Prima est pax hois et dei. de qua inq̄t augustin⁹ li. xix. de ciui. dei. q̄ est ordinata obediētia in fide et lege eterna hominis ad deū Hanc franciscus de maronis in quodam sermone de natiui tate iesu xp̄i vocat pacem theoricam qua p̄uati sūt omnes in peccato mortali cōmorantes qui in scripturis vocantur inimici dei. vt diximus in sermone de amore dei ad animā in quadragesimali de peniten tia. ¶ Sc̄da est pax ierarchica hominū. s. et angelorū. dum vi delz homines student morem gerere angelis custodientibus ꝓpterea Bernardus ait. In q̄ uis angulo. in quo vis diuer sorio reuerentiā exhibe angelo tuo. ¶ Tertia est pax iconomi ca habitantiū. s. in vna domo Et de hac dixit Sapiēs eccle siastici. xxv. c. In tribus bene placitum est spiritui meo que sunt grata coram deo et homi

 Comendationis pacis

nibus .amor fratrum. concordia primorum. vir et vxor sibi bene consentientes. ¶ Quarta est pax monastica vnius ad seipsum. dum. s. ratio imperat viribus inferioribus et vires inferiores subijciuntur rationi.
¶ Quinta est pax politica eorum qui habitant in vno regno vel in vna ciuitate. Est enim politicia secundum aristotelem in secundo politice ordo quidam inhabitantium ciuitatem. Ciuitas autem est ciuium quedam multitudo. Ad patrem igitur ciuitatis multum facit ordo dum. s. minores reuerentur maiores et maiores adiuuant minores et equales equalibus iura sua reddunt. propterea inquit sapiens prouerbiorum. xi. c. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas. et ore impiorum subuertetur et. xxix. ca. Omnes pestilentes dissipant ciuitatem cum. s. nolunt ordinate nec secundum leges viuere. nam vt aristoteles in. v. politice ait Vbique propter inequale seditio est.
¶ Quod pax commendatur ex eo quod grato est deo. et xps filius eius illam dilexit que etiam a sanctis predicatur. Capitulum. ij

Ecundum mysterium declarandum de pace dicitur commendationis. Triplex enim est pacis commendatio.
¶ Prima dicitur dei gratificatio.
¶ Secunda filij dei dilectio.
¶ Tertia sanctorum predicatio.
¶ Prima commendatio pacis dicitur dei gratificatio. Est quidem omnipotenti deo grata et acceptissima. ideo per Hieremiam c. xxix. ait. Ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis Et. i. ad corinthios. xiiij. cap. apostolus ait. Non est dissentionis deus sed pacis. ¶ Sed cur inquiens deus bella sinit propter sepe inter homines fieri si pacem amat. ¶ Ad quod respondet augustinus li. v. de ciui. dei. c. xxij. quod id facit vt puniantur nostra peccata. Inquit enim sic. Sic etiam tempora ipsa bellorum sicut in eius arbitrio est et misericordia vel atterere vel consolari genus hominum vt alia citius alia tardius finiantur. ¶ Secunda commendatio pacis dicitur filij dei dilectio. ¶ De ipso quippe incarnari dixit Isa. ix. c. Vocabitur princeps pacis Et de eo paulus ad ephesios c. ij. inquit. Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. et augustinus. xxiij. q. i. ca. nisi bella. ait. xps vt pacem doceret venit in mundum. Propterea nasci voluit tempore pacis quando Octauianus augustus pacifice vniuerso imperabat orbi. Sedatis namque omnibus bellis orbem totum suo subegit imperio cunctis inimicis et turbatoribus romanorum deuictis Vnde

Solin⁹ i li. de mirabilib⁹ mun
di ait. Tēp⁹ augusti solū reptū
ē q̊ plimū armacessauerūt ꝛ flo
ruerūt ingeni Jllo nā qꝫ tpe fue
rūt orati⁹ virgili⁹ ouidi⁹ macer
catull⁹ veronēsis, ꝑperti⁹. teren
cius. varro. marc⁹ tulli⁹ cicero
oppolodorus: valerius mesal-
la. valerius maxim⁹ salusti⁹. ꝛ
alij. Et ꝓm Eusebiū in li. de tē
porib⁹. Tēpib⁹ Octauiani fa
ctus ē rome cēsus ꝛ inuēta sunt
in vrbe tricēta ꝛ septaginta mi
liū ciuiū romanoꝝ. Pacifico
igit̄ tpe xp̄s voluit in terra visi-
biliter apparere. Jn natiuitate
eius vero fecit angelos cantare
Et in terra pax homibus bone
voluntatis. vt scribitur. Luce
ij. c. Ad insinuandū quantuz
pax sibi foret dilecta. Hic est ꝙ
scribitur in prologo decretaliū.
Rex pacificus pia miseratione
disposuit sibi subditos fore pa
cificos. Et dū misit discipulos
in omnē ciuitatē in qua erat ip
se venturus. vt dicitur Luce. x
c. monuit eos dicēs. Jn quan-
cunqꝫ ciuitatē intraueritis pri
mū dicite. Pax huic ciuitati.
ꝛ in quancūqꝫ domū intraue-
ritis dicite. Pax huic domui.
Et in sermone quē fecit in vlti-
ma cena. vt scribit̄ Johā. xiiij.
c. quasi pro ꝑciosissimo thesau-
ro pacē aplis reliquit. Pacē in
quit meā do vobis pacē relin-
quo vobis. ¶ Post resurrectio-
nē vero sepius apparēs: vt pꝫ
Luce. xxiiij ꝛ Johā. xx. Apo-
stolos salutabat dicens. Pax
vobis. ¶ Tertia ꝯmēdatio pa
cis dicitur sanctoꝝ predicatio
hanc enī sancti ꝑdicauer̄t. Vn̄
Dauid in ps̄. xxxiij. Jnq̄re pa
cē. Et paul⁹ ad Roma. v. cap.
Justificati ꝑ fidē pacē habea-
mus. Et ad Ro. xij. c. Si fieri
pōt ꝙ ex vobis ē cū oib⁹ homi
bus pacē habētes. Et. ij. ad co
rinthios. xiij. c. Pacē hēte ꝛ de⁹
pacis ꝛ dilectōis erit vobiscū.
Et ad ephe. iiij. c. Soliciti ser
uare vnitatē spiritus in vinclo
pacis. ꝛ ad Philip. iiij. c. Pax
dei q̄ exsupperat oēm sensuz cu-
stodiat corda vestra ꝛ intelligē
tias vestras Et ad Colocen-
ses. iij. c. Pax xp̄i exultet in cor
dib⁹ vestris. Et ad Hebre. xij.
c. Pacē sequimini cū oib⁹. ꝛ in
epistolis suis in principio pre-
mittebat. Gratia vobis ꝛ pax
Jdē facit petrus. Jtē Jo. in
apocalipsi sic incipit. Gr̄a vo-
bis ꝛ pax.

¶ Q̄ ex pace ꝑueniūt oīa bōa
tp̄alia. corꝑalia ꝛ spūalia

Capitulum tertium.

Ertium mysteriuz de
pace declaranduz dicit̄
fructificatiōis. Proue-
nit q̄ppe ex pace triplex fruct⁹.
¶ Primus tp̄alis.

¶ Scd's corporalis.
¶ Tertius spiritualis.
ꝭm illud Malach. i. c. Si ego dn̄s vbi ē timor meꝰ. Cū g in hac salutatōe tractaret materia sūmi amoris. s. incarnatio filīi dei nō videꝛ q̄ debuerit dicere dn̄s tecū. sed pax tecū sicut ꝛ fi lius eius salutabat q̄s dilige/ bat. ¶ Ad hoc r̄ndet albertus q̄ in ista salutatiōe in eo q̄ḋ dr̄ Dn̄s tecū. Duo intēduntꝛ vnū vt ꝑsona mittētis ꝑprie expri/ maꝛ. alteꝝ vt liberū arbitriū ꝟ/ ginis ad credendū ꝛ assentien dū inclineꝛ. Jsta aūt duo pfe/ ctissime ꝛ ꝑprīssime exp̄mit h̄ nomē dn̄s q̄ḋ a potētia iponit s. a dn̄ando. vn̄ btūs ambro. dicit q̄ dn̄s nomē est potentie Et q̄n absolute dr̄ soli deo ap propaꝛ. Alīi ꝟo dn̄i dicunꝛ re spectu ꝭm illiꝰ vel illiꝰ seu ali cuius loci defminati. Jpe ab solute dr̄ dn̄s. q̄r ē dn̄s omniū Un̄ in p̄s. Dn̄i ē terra ꝛ pleni tudo eius orbis terraꝝ ꝛ vni/ uersi q̄ habitāt in eo. ꝛ Hester iiij. c. Dn̄s vniuersoꝝ tu es. q̄ḋ solius dei trinitatis ē ꝑpriū q̄ est ꝑsona mittens in hac salu/ tatione. Et sic ꝑsona mittens noīaꝛ. Per idē aūt ꝛ liberū arbi triū beatissime ꝟginis inclinaꝛ q̄a ad ꝯsentiendū in mirabilia maxime disponit fides d̄ oīpo tentia. q̄r credit deū oīa facere posse acquiescit ipsum posse et naturas mutare ꝛ naturis im

perare Ad credendū ergo con
gruentissime ponit hoc nomē
dñs qđ absolute positū ē oīpo
tentie demonstratiuū. Quia
vero liberū arbitriū beate v̄ginis
etiā per se erat facile ad creden
dum paratū non indiguit exp̄
mi cū insinuatione oīpotentie
vt diceret. Dñs oīpotens. vel
cū terrore vt dñs exercituum.
Sed sufficit leuis eius annun
ciatio et ꝛ q̄si obscura exp̄ssio
potentie qualis per hoc nomē
dñs importat. Dicit ergo dñs
tecū. quasi dicat ei aperte. Ni
hil credas tibi impossibile que
scis te dñm in sociū habere. sꝫ
dic ꝯfidenter. oīa possum i eo
qui mecū est. Si em̄ aliq̄ duo
vnū officiū debeant opari q̄d
impedit si vnus ē debilis cum
alter sit adeo fortis vt per se ef
fectum illū possit inducere isto
etiam nō iuuante. Et sic pꝫ ꝙ
dñs hic ponit ad notandā po
tentiā fiendi nō timorē vel ter
rorē. ¶ Quarta virginis excel
lentia dꝛ benedictionis. Dixit
em̄ angelus. bñdicta tu in mu
lieribus. qđ pōt exponi sm du
plicē intellectum. ¶ Prim⁹ in
tellectus est. benedicta tu i mu
lieribus. i. sup omnes mulieres
quia peruenisti ad tertiū bñdi
ctionis gradū in genere mulie
bri ad quem nulla alia mulier
attingit vel attingere poterit

¶ Primus gradus qꝛ aliq̄ mu
lier fecūda est sed nō v̄go. Se
cūdus qꝛ aliq̄ v̄go sed nō fecū
da. Tertius v̄o soli marie p̄
prius est ꝙ sit v̄go ꝛ fecunda.
¶ Scđs intellectus est benedi
cta tu in mulierib⁹. qꝛ p bñdi
ctionem p̄ticipat cū omni sta
tu ꝛ genere mulierū. Fuit enim
cū v̄ginib⁹ v̄go. cū cōiugatis
fecunda. ꝛ cū viduis cōtinēs
ꝛ casta. O q̄ insolita ꝛ digniſ
sima fuit hec salutatio. O q̄
blande q̄qꝫ reuerenter ab an
gelo p̄nūciata. p̄pter qđ nō im
merito v̄go cogitabat qualis
esset. Et tandē cum ab angelo
fuisset de omnib⁹ ac de icarna
tiōis mysterio plene instructa
genib⁹ flexis. oculis plangenti
bus. ꝛ facie in celū erecta dixit
Ecce ancilla dñi: fiat mihi sm
v̄bum tuū. Moxqꝫ filium in
vtero concepit. Et v̄bum ca
ro factū est vt saluū faceret ge
nus humanū qđ p̄ierat. amen
¶ Sermo. l vi. de angelis quo
rum solēnitas in ecclesia cele
bratur p̄pter miraculū quod
apparuit in monte gargano.

Angelis suis
deus mandauit de
te vt custodiant te
in omnib⁹ vijs tuis
Illuminati p̄phete v̄ba sunt
ista originaliter ps. xc. Debito
res sum⁹ frēs charissimi āgelis

beatis.quoniā volente deo in
numera vt sic loquar beneficia
nobis ꝑstare non cessant.ꝙ tñ
ipsi inuisibiles sunt ⁊ imateria
les substātie pleriq; illos negli
gunt venerari. Ob qđ vt hu/
mane imbecillitati ꝯsuleretur
singulari modo in monte gar
gano. Anno dñi.ccc.nonage/
simo locus inuent⁹ est in quo
archāgeli michaeli aliorumq;
āgeloꝝ iugis memoria vsq; ad
ꝯsūmationē seculi ꝑmaneret.
Nam dum quidā ꝑdiues no/
mine garganus q̇ ex euētu suo
monti vocabulū dedit infini/
ta pecoꝝ multitudine abūda/
ret contigit vt semel thauꝝ ꝑ/
deret. Quē solicite querens in
uenit tandem in vertice mon/
tis forib⁹ cuiusdā assistere spe/
lūce Quē cū sagitta apperisset
illa velut flamine venti retor/
ta eū a quo iactata est mox re/
uersa ꝑcussit. Turbati ciues ⁊
stupefacti epm̄ sipontinū quid
facto opus eēt ꝯsuluerūt Qui
triduanū indixit ieiuniū oran
dūq; deū ꝑcepit. Quo pacto
scūs archāgelus michael ap/
paruit ꝑ visionem epo dicens
Ego sum michael archāgelus
q̇ in ꝯspectu dñi semper assisto
volui aūt locū illi⁹ speluce mi/
hi dedicandū illo indicio sa/
gitte cūctis mortalib⁹ declara
re. Qua visiōe letior fact⁹ eps
aliis qđ viderat enarrauit. Et
sic ab eo tpe ecclesia ibi ꝯsecra
ta fuit ob reuerentiā bti archā
geli que vsq; in ꝑsentē diem a
cunctis fidelib⁹ deuotione ꝑci
pua frequentatur. Qua ꝓpter
⁊ solēnitates angeloꝝ a patri/
bus fuit instituta.quā ex debi
to ⁊ obligatione ꝑcepti mense
septembris oēs celebrare tenēt
¶ Quia ꝓo in tanta festiuitate
mens nostra ad ipsos angelos
colendos ꝑcandesq; ē inflam
manda. Idcirco de ipsis in ꝑ
senti sermone dicemus.de qui
bus tria mysteria erunt decur
renda.
¶ Primū dr cognitionis
¶ Scđm ꝓductionis.
¶ Tertium missionis
¶ Qualiter angelus ab homi
ne cognosci pōt.⁊ quō spūs est
incorporeus q̇ tñ pōt in assum
pto corpore apparere Ca.i.
Primū de angelis my
sterium decurrēdū dr co
gnitiōis.i quo tria du
bia ꝓponimus illustranda.
¶ Primū vtꝝ subē sepate q̄ di
cunt āgeli possint cognosci ab
hoib⁹ viatoribus.
¶ Scđm vtꝝ angeli habeant
corpa sibi naturaliter vnita
¶ Tertiū vtꝝ assumant aliqñ
corpora.
¶ Pro pmi dubij illustratione
distinguere possumus noticiā

triplicem.
¶ Prima dr ppria ꝛ intuitiua
¶ Scda cois ꝛ effectiua.
¶ Tertia fidelis ꝛ reuelatiua.
¶ Prima noticia dr ppria ꝛ intuitiua. qua. s. cognoscit angelus in sui substantia sicuti est. Et hac angelus cognosci non pōt a puris viatoribꝫ. vt inqt Tho. i. pte. q. lxxxviij. ex eo ꝙ itellectus noster ſm statū pn̄tis vite nihil intelligit nisi ꝯuertēdo se ad fantasmata. ꝛ sic substātias imateriales q̄ sub sensu ꝛ imaginatione nō cadunt pmo ꝛ per se ſm modū cognitionis nobis expertū intelligere nō possum⁹. imo ꝛ adam in statu inocentie. vt etiam dicit Tho. i. pte. q. xciiij. c. Intelligere nō potuit subas separatas eo ꝙ illi aie cōpetebat modus intelligēdi p ꝯuersionē ad fantasmata sicut ꝛ nob. Et lꝫ plato voluerit ꝙ subē imateriales nō solū a nobis itelligunt sed sint etiā pma a nobis itellecta Posuit em̄ formas imatiales subsistētes q̄s ideas vocabat eē ppa obiecta nostri itellect⁹ ꝛ ita pmo ꝛ p se a nob itellecta Sꝫ qꝛ aie cognitio applicat rebus matialibꝫ ſm ꝙ itellectui p miscet fantasia ꝛ sens⁹. iō qnto mag' itellect⁹ fuerit depurat⁹ tāto magis pcipit imaterialiū itelligibilē ſitatē. Nihilomin⁹ ꝯtrariū videt sentire i thimeo vbi dixit Inuisibiliū diuinaꝝ ptātū q̄s demōes nūcupāt pstare rōnē mag' ē op⁹ ꝙ ferre valeat hoīs igeniū. ¶ De ꝯmētatore pō asserit tho. ꝙ in. ij. meth. dixit. si subē abstracte nō possent itelligi a nob tūc natura ociose egisset. qꝛ fecisset illud qd ē in se naturalr itellectū nō itellectū ab aliq̄. Sꝫ dictū h deficit. ¶ Primo qꝛ nō seqt ꝙ si subē separate nō itelligunt a nob n̄ itelligāt ab aliq̄ intellectu Intelligunt em̄ a seipis ꝛ a se iuicē. ¶ Scdo deficit snia ꝯmētatoris. qꝛ nō est finis subaꝝ sepataꝝ vt intelligant a nobis. ¶ Scda cognitio dr cois ꝛ effectiua qn̄ cognoscit cā p effectū. ꝛ ē cognitio q̄dam naturalis. Hāc cognitionem habuerūt phi d angelis ꝛ pcipue Ari. in. xi. meth. q volu it ꝙ intelligētie mouerent spas celoꝝ ꝛ celestia corpa ¶ Tertia pō cognitio fidelis dr ꝛ reuelatiua qn̄. s. aliqd cogscit fide. qꝛ sic ē certitudinaliter reuelatū h mō relictis phoꝝ vanitatibus atqꝫ erroribꝫ hoīuꝫ curiosorū. Nos firmissime asserim⁹ ꝙ angeli sūt nobilissimi spūs do boni fruētes nob vt infra docebim⁹ beniuoli ꝛ affecti qbꝫ mediis dei secreta ꝛ mysteria grē hoibꝫ sūt reuelata. Mali vero penis eṫnis iustissime deputati

angeli sunt in veritate

¶Si vero quis queret vñ hec veritas ē exorta. Rñdemus ꝙ ex latissimo cāpo scripture sacre veteri videlicet nouoqꝫ testa/mento vbi de angelis expressa fit mētio. Vñ Ge. c. xvi. scribi/tur de agar dū fugeret essetqꝫ ī solitudine qꝛ affligebat eā sara dña sua. Cūqꝫ inuenisset eam angelus dñi iuxta fontē aque in solitudine ⁊c̄. Dixit ad illaꝫ Agar ancilla sarai vnde vēis ⁊ quo vadis. Que rñdit a fa/cie dñe mee fugio. Dixitqꝫ ei ā/gelus dñi Reuertere ad dñam tuā ⁊ humiliare sub manibꝫ il/lius. ⁊ Geñ. xix. c. Venerūt duo angeli sodomā vespere. ⁊. xxij. c. Angelꝰ dñi de celo clamauit dicēs abrahā abrahā. ⁊. xxviij c. vidit iacob in somnis scha/lā stantē sup terrā ⁊ cacumē eiꝰ tangēs celū āgelos ꝙꝫ dei ascē/dētes ⁊ descēdentes ꝑ illam. et xxxij. c. Jacob itinere q̊ ceperat abijt fuerūtqꝫ ei obuiaꝫ angeli dñi. ⁊ Exodi. xiiij. c. Angelus dei p̄cedebat castra in israel. et cū eo ꝑiter colūna nubis. ⁊. xx/iij. c. Mittā angelū meū q̇ p̄ce/dat te ⁊ custodiat in via ⁊ itro/ducat ad locū quē p̄paraui tibi ⁊ Numeri. xxij. c. Cū vidisset asina stantē āgeluꝫ cecidit sub pedibꝫ sedētis. Et scdi reg. vl/ti. ca. Cū extēdisset manū an/gelꝰ dñi sup hirlm vt disperde/ret eā misertus ē dñs sup affli/ctionem ⁊ ait angelo ꝑcutiēti. Sufficit nūc ꝯtine manū tuā. Erat aūt angelꝰ dñi iuxta areā ornā iebuzei. Et. iiij. re. i. c. an/gelꝰ dñi locutꝰ est ad heliā. Et xix. c. Angelꝰ dñi ꝑcussit in ca/stris assirioꝝ. ⁊ Thobie. v. ca. Egressus thobias inuenit iu/uenē splēdidissimū stantē p̄cin/ctū ad ambulādū ⁊ ignorās ꝙ āgelꝰ dei esset salutauit eū ⁊ di/xit. Vñ te habemꝰ bone iuue/nis. Et Judith. xiij. ca. Viuit dñs qm̄ custodiuit me angelꝰ eius. Et eccle. v. c. Ne dicas co/rā angelo tuo nō est prouiden/tia. ⁊ ps. viij Minuisti eū pau/lominus ab angelis: Et. xxvi Adorate eū oēs angeli eiꝰ. Et ciij. Qui facis āgelos tuos spi/ritus. Et. cxlviij. Laudate eū omēs angeli eius. ⁊ Baruch. vij. c. Angelꝰ meꝰ erit vobiscū ⁊ Danie. iij. c. Angelus auteꝫ dñi descēdit cū azaria et socijs eiꝰ in fornacē ⁊ excussit flāmaꝫ ignis de fornace. ⁊ eodē. c. Bñ/dicite angeli dñi dño laudate ⁊ supexaltate eū in secula. ⁊. xiiij c. Dixit āgelꝰ dñi ad Abachuc fer prādiū qd̄ hēs danieli in ba/bilonē q̇ est in lacu leonum Et Malachie. iij. c. Statim veni/et ad templū sanctū suū domi/nator quē vos queritis ⁊ ange/lus testamēti quē vos vultis.

asina

⁊ Lu.i.ca. Apparuit zacharie angel⁹ dñi stās a dextris altaris incēsi. Et eodē ca. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitate galilee cui nomē nazareth ad virginē desponsatā viro. ⁊.ij. c. Angel⁹ dñi stetit iuxta illos eodē.ca. Dixit illis angel⁹ nolite timere. eodē.c. Facta ē cum angelo multitudo milicie celestis exercitus. Et.xxij.c. Apparuit ei angel⁹ dñi de celo confortās eū. ⁊ Math.i.c. Angelus dñi apparuit in somnis ioseph ⁊.iiij.c. Accesserūt āgeli ⁊ ministrabāt ei. ⁊.xxij.ca. Erūt sicut angeli dei in celo. Et.xviij.ca. Angeli eorū semp vidēt faciem patris mei q̄ in celis ē. ⁊.xxiiij. c. Mittet angelos suos cū tuba. ⁊.xxxv.c. Cū venerit fili⁹ hominis in maiestate sua ⁊ omēs angeli ei⁹ cū eo. ⁊.xxvi.ca. An putas q: nō possum rogare patrē meū ⁊ exhibebit mihi modo plusq̄ duodecim legiones angelorū. Et Johā.v.ca. Angelus aūt dñi fm tp̄s descēdebat in piscinā. ⁊ ad Hebreos.i c. Cui aliqñ angelorū dixit filius me⁹ es tu. ⁊ actuū.xij.cap. Angelus dñi astitit ⁊ lumē refulsit in habitaculo carceris. eodē.c. Misit dñs angelū suū ⁊ eripuit me de manu herodis. ⁊ apocalip.i.c. Significauit de⁹ q̄ oportet fieri cito loquēs p angelū suū seruo suo iohāni. ⁊.ij. c fit mētio de angelo pgami ⁊ tiatire ⁊ smirne. ⁊.iij.c. de angelo sardis philadelphie ⁊ laodicie ⁊.vij.c. de angelo ascendēte ab ortu solis. ⁊.x.c. d angelo amicto nube. ⁊.xij.c. de angelis preliātib⁹. ⁊.xiiij.c. de angelo hñte euangeliū eternū. ⁊.xvi.ca. de septē angelis hñtib⁹ septē fialas ire dei ⁊.xviij.c. de angelo descendēte de celo hñte ptātem magnā. ⁊.xx.c. de āgelo descēdēte de celo habēte clauē abyssi ⁊ cathenam magnam. ⁊.xxij. c. de angelo q̄ nō pmisit se adorari a Johāne. Ex quibus oibus cogimur confiteri esse angelos licz illos pro statu isto in sui substantia videre non valeamus. De demonibus autē videre potes que posui in tractatu de timore iudiciorū dei. Secundum principale dubiū propositum fuit vtrum angeli habeant corpora sibi naturaliter vnita. Et quidam contendūt probare q̄ sic. ¶ Primo q: origines in li. periarchon dic. Solius dei.i. patris ⁊ filij ⁊ spūssācti vere id propriū ē vt sine materiali substantia ⁊ absq̄ vlla corporee additionis societate itelligatur existere. ⁊ Bernardus omelia.vi. sup cantica ait. liquet omnē spiritum corporeo prorsus indigere solatio. ¶ Et

Augu. in. ij. sup Genesim ad litterā. ꝛ in tertio de trini. et in viij. de ciui. dei. Et in li. de ecclesiasticis dogmatibꝫ videt asserere ꝙ angeli habeant corpora aerea ꝛ subtilissima. ¶ Scḋo Grego. in omelia vocat angelū aial rationale. oē aūt aial habꝫ corpus sibi naturaliter vnituꝫ. ¶ Tertio arguit qꝛ pfectior est vita in angelis ꝙ̄ in aiabꝫ. Sꝫ aia nō solū viuit sed etiā viuificat corpꝰ ergo angeli hn̄t corpa sibi naturaliter vnita. Sꝫ ꝯtra istos ita debiliter arguētes est doctrina oim theologoꝝ i scḋo sniaꝝ dist. viij. Qui sequentes Dyonisiū ꝛ Damascenū asserunt angelos nō habere corpa sibi naturaliter vnita. Et ratio scḋm tho. i. parte. q. quinquagesima prima. Qꝛ qḋ accidit alicui nature nō inuenit naturaliter in illa natura. Sicut habere alas qꝛ nō est de ratione aialis non conuenit omni animali. Cum autem intelligere non sit actus corporis nec alicuius corporee virtutis habere corpꝰ vnitum nō est de ratione substantie intellectualis inquantum huiusmodi. sed accidit alicui intellectuali substātie ꝓpter aliquid aliud. Sicut aie rōnali ꝯpetit vniri corpi. qꝛ est impfecta ꝛ in potentia existens i genere intellectualiū substātiarū nō hn̄s in sui naturā plēitudinē scientie. sed acquirens eā p sensus corporeos a sensibilibus rebus. In quocunqꝫ autē gn̄e inuenitur aliquid imperfectuꝫ oportet preexistere aliquod pfectū in genere illo. Sunt ḡ alique substātie intellectuales pfecte in natura intellectuali nō indigentes acquirere scientiaꝫ a rebus sensibilibꝫ Quare non oēs substātie intellectuales sūt vnite corporibꝫ. sed alique sunt a corporibꝫ sepate. Ad primuꝫ ergo obiectū de sentētia Origenis dicit Tho. ꝙ audiēdus nō est. qꝛ vt scribit Hiero. in epl'a ad desideriū. Origenes melior in bonis peior in malis fuit. Cuius hereses in libris periarchō quos ipse composuit maxime inueniri dicuntur. Magister i hystoria scholastica super genesim circa principium. Periarchō inquit ē liber i quo Origenes dixit xp̄m adhuc i aere pro demonibus pati debere. sicut in terra passus est pro hominibus ¶ Aug. vero in pretactis locis nō loquit asserēdo sed referens opinionē platonicoꝝ qui ponebāt esse aliq̄ aialia aerea que demones nominabant. Dictū adhuc Bern̄. intelligenduꝫ est sane qḋ spūs creati indigent corporeo instrumento nō sibi naturaliter vni

ro. sed ad aliquid assumpto, p̄pter instructionem nostram
¶ Ad secundum de verbo gregorij. r̄ndetur q̄ ipse vocat angelum ratōnale animal methaphorice propter similitudinē rationis. ¶ Ad tertiū inquit sanctus doctor q̄ viuificare effectiue. simpliciter p̄fectionis ē vn̄ ꝛ deo cōuenit. Sed viuificare formaliter est substātie que est ps alicui⁹ nature ꝛ n̄ h̄ntis i se integrā naturā speciei. vn̄ substātia itellectual' q̄ nō est vnita corpi ē p̄fectior q̄̄ ea q̄ est corpi vnita. Hinc Dama⁹ ait Angelus est substātia intellectualis incorporea. ꝛ Dyonisi⁹ Angeli sunt spirtualia lumia immat ertales incorporei. ¶ Tertium dubiū p̄cipale fuit vtrū angeli assumnat aliq̄n corpea Et q̄ sic patet. q2 Aug. li. xv. d̄ ciuitate dei dicit. q̄ angeli i assumptis corporib⁊ abrahe apparuerūt. Tho. vero ait q̄ nō nulli tenuerunt angelos nunq̄̄ corpora assumpsisse Sꝫ omnia que in scripturis diuinis leguntur de apparitionib⁊ angeloꝝ ꝯtigisse ſm imaginationeꝫ Tn̄ hoc nō videtur ꝯsonū intentioni sacre scripture. Quoniā id qd̄ imaginaria visiōe videtur ē sola imaginatione vidētis. vn̄ non videt indifferenter ab oib⁊. Scriptura aūt diuina sic introducit interdū angelos apparētes vt cōiter ab omnibus videretur. Sicut angeli apparētes abrahe visi sunt ab eo et a tota familia eius. a loth ꝛ a ciuib⁊ sodomoꝝ visi sunt angeli q̄ venerunt sodomā vespere Similiter angelus qui apparuit thobie ab oib⁊ videbatur. Ex quo manifestū est ista sic contigisse ſm corporeā visionem q̄ videtur id quod positum ē extra videntem vn̄ ab omnibus videri pōt. Tali aūt visione nō videtur nisi corpus. Cuꝫ ergo angeli neq̄ sint corpora neq̄ habeant corpora sibi naturaliter vnita reliquitur q̄ assumāt aliq̄n corpa. Et licet illis nō indigeant propter seipsos assumunt tamen illa propter nos vt familiariter cum hominib⁊ cōuersando demonstrant intelligibilem societatem quam homines expectant cum eis habendam in futura vita. ¶ Insuper q̄ angeli corpora assumpserunt in veteri testamēto fuit quodam figurale indicium q̄ verbum dei assumpturū eēt corpus humanum ¶ Omnes enim apparitiones veteris testamenti ad illam apparitōem ordinate fuerunt qua filius dei apparuit in carne. ¶ Notandū tn̄ q̄ corpus assumptū vnit āgelo nō quidem vt forme nec lo/

lum vt motori.sed sicut moto
ri repsentato p corpus mobile
assumptū Sicut eñ in sacra
scriptura ꝓpetates rez intelli/
gibiliū sub similitudinib rerū
sensibiliū describunt. Ita cor
pora formant sic ab angelis di
uina ꝟtute vt congruāt ad re
psentandū angeli itelligibiles
ꝓprietatis, Et hoc est angelū
assumere corpus.¶ Et si quis
obstaret ꝙ angeli nō assumūt
corpus de terra vel aqua.qr ñ
subito disparerēt neqȝ de igne
qr cōbureret ea que ꝯtingerēt.
nec ex aere qr aer infigurabilis
est.ergo āgeli corpora nō assumūt
¶ Rñdet Tho.ꝙ lȝ aer in sua
claritate manēs nō retineat fi
guram neqȝ colorē.tñ qñ ꝯdē
satur ꝛ figurari ꝛ colorari pōt
sicut pȝ in nubib.ꝛ sic āgeli as
sumūt corpora ex aere ꝯdēsan
do ipm virtute dina ꝙtuȝ ne
cesse ē ad corporis assumendi
formationē.¶ Sed adhuc ori
tur hic difficultas propter ea q̄
docent sacri doctores. nā cor
pus assumptū ab angelo vide
tur quasi viuū ꝛ opa vite hñs
ꝛ tñ nō est viuū nec hñs opera
vite.apparet organizatuȝ hñs
oculos ꝛ nares ꝛ alia sensuum
instrā.ꝛ tñ p organa illa ange
lus minime sentit. In corpore
sic assūpto angelus videt loq.
ꝛ tñ nō est ꝓpa locutio illa Si
militer comedit ꝛ illa nō ē ꝓa
comestio.igit in talib appari/
tionib nō ē nisi qdā fictio siue
deceptio.¶ Ad hec rñdet tho.
vbi s.ꝙ sicut nō ē ꝯ ꝟitatē ꝙ i
scripturis itelligibilia sub figu
ris sensibilib describantur. qr
h nō dr ad astruenduȝ ꝙ intel
ligibilia sunt sensibilia.sed qa
p figuras sensibiliū ꝓpetates i
telligibiliū ꝭm similitudinē qn
dam dātur intelligi.ita non re
pugnat ꝟitati scōꝝ angeloꝝ ꝙ
corpora ab eis assumpta vide
antur hoies viuētes cū ñ sint
Non eñ assumūtur nisi vt per
ꝓpetates hois ꝛ operum hois
spirituales ꝓpetates angeloꝝ
ꝛ eoꝝ spūalia opa designētur.
Quod aūt ñ ita ꝯgrue fieret si
veros hoies assumerēt.qr pro
petates eoꝝ ducerent in ipsos
hoies nō in angelos ¶ Simili
ter est dicendū ꝙ angeli per or
organa assūptoꝝ corpoꝝ nul
lo mō sentiūt nec tñ supflue sūt
formata. Nō eñ ad hoc sūt for
mata vt p eē sentiāt.sed ad h
vt p hmodi organa virtutes
spūales angeloꝝ denotent. Si
cut p oculū denotatur virtus
cognoscitiua angeli ꝛ per alia
mēbra alie ei ꝟtutes vt docet
Diony.vi.c.cele.ierar. De o
cutiōe ꝟo angeli quam facit i
corpore assūpto veꝝ ē ꝙ nō est
prope locutio sed aliqd simile

locutioni inq̄ꝁtū angel⁹ in cor
pore sic assūpto format voces
i aere siles vocib⁹ hūanis. qui
voces formāt vt p illas dei se
creta ad nostras aures puemāt
Comestio adhuc angeli nō est
vera. sed figuratiua spūal' come
stionis. nā comestio importat
sūptionē cibi ꝯuertibilis i sub
stantiā comedentis. ⁊ quāuis
corp⁹ xpi post resurrectionē ci
bus nō ꝯuerteret. sed resoluere
tur in p̄iacentē materiā. tn̄ xp̄s
hēbat corpus talis nature i qd
posset cib⁹ ꝯuerti. vn de fuit vera
comestio. sȝ cib⁹ assūpt⁹ ab an
gelo neqȝ ꝯuertitur in corpus
assumptū. neqȝ corpus illud ē
talis nature vt in illud possit
alimentū ꝯuerti. propterea dixit
angelus Thob. xij. c. Cū eēm
vobiscū p volūtatē dei videbar
qdē māducare ⁊ bibere. sȝ ego
cibo ⁊ potu inuisibili vtor. Fi
unt igitur oia i assūptis corpo
ribus ab angelis. nō ad decep
tionē. sed potius ad vtilitatē
nostram. vt ex p̄dictis pȝ

¶ Quod deus produxit ange
los ex tpe in celo empyreo.

Capitulū secundum.

Ecundū mysteriuȝ d
angelis apiendum dr
pductiōis. in quo cōsi
derare debem⁹ pductionē eo
rum quantū ad tria.

¶ Primo q̄ꝁtum ad causam.

¶ Scdo q̄ꝁtum ad tempus

¶ Tertio q̄ꝁtum ad locum.

¶ Primo ꝯsiderāda ē āgeloꝝ
pductio q̄ꝁtū ad cām. vbi qrit
an angel⁹ hēat cām sui eē ⁊ sit
creat⁹ a deo. Et ad h respon
det tho. i. pte. xliiij. ⁊. q. lxi. qd
necesse ē dicere ⁊ āgelos ⁊ oē id
qd p̄ter deū ē a deo esse factuȝ.
Si eni aliqd inuenit in aliquo
p pticipationē necesse ē q cau
setur in ipso ab eo cui eēntialit
ꝯuenit. sicut ferrū fit ignitū ab
igne. de⁹ aūt ē ipm eē p se sub
sistēs. ⁊ eē p se subsistēs nō po
test esse nisi vnū. relinqtur g q
oia alia a deo nō sūt suū eē sed
pticipant eē. q̄re causantur ab
vno ente qd pfectissimum ē

¶ Ex his dicit Aristoti. in. ij.
methaph. Id qd ē maxie ens
⁊ maxime verū ē causa omnis
entis ⁊ ois veri. sicut id qd est
maxime calidū est cā ois cali
di. Algazeles vero i eodē loco
inqt. Ipsū eē deo maxime ꝯue
nit. qm ipse ē origo ⁊ pncipiuȝ
eēndi ⁊ qd ē a quo ē qcqd est.
Qd ꝯfirmās auicēna ait. Deus
eē est exuberās ab ei⁹ eē. Qua
re ⁊ plato in thimeo subdidit
Quod nostꝝ eē in ꝯpatione il
li⁹ ē nō eē. Hinc Paul⁹ ad ro
ma. xi. c. scripsit. ex. ꝑ o ⁊ p ipm
⁊ in ipso sūt oia. necesse est igit
āgelos a deo eē creatos. ¶ Sȝ
mirant qdā ex eo q de his que

sunt a deo creata agitur Gene. i.
c. Sed nulla mētio fit ibi d̓ an
gelis. ergo nō videtur q sint creati a
deo. Item Aris. dicit. viij. me/
thaphisice. q si aliq̄ substātia sit
forma sine materia statim per se
ipsam ē ens et vnū nō habz cām.
q̄ facit eā ens et vnū. sed angeli
sūt forme imateriales. ergo n̄ hn̄t
cām sui esse Ad hec rn̄det tho.
primo s̄m Aug. li. xi. de ciui. dei
Qd̓ āgeli nō sūt ptermissi in il
la prima rer creatōe. sz significātur
noie celi vel lucis Ideo aūt vel p̄
termissi sunt vel noibus rer corpa
liū significati. quia moyses pplo
rudi loquebatur q nōdū cape po
terat incorporeā naturā De sb
stātijs ergo q̄ sūt forme subsistē
tes dicendū q nō hn̄t cām aliā
formalē sui ee et sui vnitatis. Ne/
q cām agentē per trāsmutatōez
materie de potētia i actū. sz bn̄
hn̄t cām pducentē totā subiaz
q̄ est ipe d̓s. ¶ Scd̓o ɔsideran
da ē angelorum pductio qūtuz ad
tps qn̄. s. fuerūt āgeli creati Et
circa hoc tres repiuntur opiniones
Prima opinio falsa ē et hereti/
ca. Hec tenet q āgeli fuerūt p
ducti ab eterno. hoc eni ee nō pōt
qm̄ sic d̓s creaturas pduxit q
eas ex nihilo fecit. i. postq̄ ni/
hil fuerāt. Et vt inqt Tho. i. par
te. q. xlv. Cū dicitur aliqd ex ni/
hilo fieri hec ppositio ex non de
signat cām materialē sz ordinē
tm̄. sicut cū dicitur ex mane fit
meridies. i. post mane. Et si obij
ceretur q philosophi dicūt ex ni/
hilo nihil fit. Rn̄det tho q phi
losophi nō ɔsiderauerunt nisi
emanationē effectuū prticlariū
a causis prticularibus q̄s necesse
est p̄supponere aliqd i sua actō
ne. Et s̄m hoc ē cōis eorum opi/
nio ex nihilo nihil fieri. Sed hoc
locū nō habet in prima emana
tōe ab vniuersali rer principio
¶ Secunda opinio fuit qrūdā
doctorum antiquorum. s. q āgeli fue
rūt creati an̄ oēm mundū cor/
poreū. Nā hiero. hoc videtur asse
rere sup epl'a ad titū. Ait enim
sic. Sex milia nondū nr̄i tpis
cō plen annorū et quāta tēpora
quātasq sclorum origines fuisse
arbitrandū est in qbus angeli
throni et dn̄atōes ceteriq ordi
nes deo seruierūt. Damascenus
etiā dicit in. ij. li. Quidā dicūt
q an̄ oēm creationē angeli geni
ti sunt. vt theologus dicit Gre
go. s. nazāzenus. De quo asse/
rit tho. q tanta est in doctrina
eius xpiana auctoritas vt nullus
vnq̄ eius dictis calūniā inferre
p̄sumpserit. sicut nec athana/
sij documētis. vt Hiero. dicit.
¶ Tertia opinio aliorum q̄ tn̄ p̄
cedentē nō reprobat: Sz quia rō/
nabilior fore videtur. idcirco tene
tur cōmuniter a doctoribus q ā/
geli simul cum creatura corpo/
rea sunt creati. Angeli enim
sunt quedam pars vniuersi. quia

nō ɔstituūt p̱ se vnū vniuersū
Sed tam ipi q̄ꝫ creatura cor/
porea in ɔstitutionē vnius vni
uersi ɔueniūt quod apparet ex
ordine vnius creature ad aliaꝫ
Ordo enim rerum adinuicem
est bonum vniuersi. Nulla au
tem pars perfecta est a suo to/
to separata. Non ergo est pro/
babile. vt deus cuius perfecta
sunt opera creaturā angelicā se
orsum ante alias creaturas ꝓ/
duxerit Et hoc refert dn̄s Bo
nauētura dis. ij. scd̄i libri. Qd̄
quatuor a principio fuerunt si/
mul creata scꝫ angelica natu/
ra. celum empireū. materia pri
ma. ⁊ tp̄s late illud accipiēdo
pro qualibet successione. Ratō
est quia debuerunt in omni ge
nere rerum creari tam in mēsu
ris q̄ꝫ in substantijs. Primū i
mensuris est tempꝰ. Scd̄m in
substātijs corporalibus passi/
uis est materia prima ⁊ in sub
stantijs corporalibus actiuis
est celum empireum. ¶ Primū
vero in substantijs spiritualibꝫ
est angelica natura. Idcirco q̄
tuor hec creduntur fuisse primo
creata. ¶ Tertio consideremꝰ
angelorum productioem q̄tū
ad locum vbi scꝫ fuerunt an/
geli creati. ⁊ ad hoc dicit. Stra
bus super illo verbo. In prin/
cipio creauit deus celū ⁊c̄. Ce/
lū non visibile firmamentū hic
appellat. sed empireum. id est
igneum quod non ab ardore.
sed a splendore dicitur. qd̄ sta
tim factum angelis est repletū
Ideo tho. vbi supra ait. Qd̄
cum vniuersum constet ex crea
turis corporalibus ⁊ spirituali
bus sic create sunt spirituales
creature ꝙ ad creaturā corpora
lem aliquem ordinem habent
⁊ toti creature corporali p̄sidēt.
vnde conueniens fuit vt angeli
in supremo corpore crearentur
tanq̄ꝫ toti nature corporee presi
dentes ¶ Et si obijceretur ꝙ an
geli non dependent a corpore se
cundum suum esse. ⁊ per conse
quens neq̄ꝫ secundū suum fieri
ergo angeli non sunt creati in
loco corporeo. Respōdet Tho
mas. ꝙ angeli non sunt creati
in loco corporeo quasi dependē
tes a loco corporeo. sed vt p̄di/
ctum est in hoc ostendit ordo.
eoꝝ ad naturā corpeā ⁊ ꝙ sua
virtute corpora ɔtingunt. Si
hec oīa q̄ diximꝰ de angelorū ꝓ
ductōe. vl' ad capiēdū difficilia
vel ad plene intelligendū dura
cuiq̄ꝫ viderētur tāto magis ex
citare nos dn̄t ad extollendā to
tis viribꝫ sapiam altissimi dei.
Cuius opera tam stupēda sūt
⁊ inscrutabilia vt nullo huma
no sensu percipi valeāt. Pro q̄
bus dicere possumꝰ illō psalmi
ste. Quā magnifica sunt opera

tua dñe oia in sapientia fecisti. Uniuersus nāqꝫ mūdus iste sensibilis quasi quidā liber est scriptus digno dei ⁊ singule cre ature quasi figure q̄dam sunt nō humano placito, sed diuini tatis arbitrio institute ad ma/ gnifestandā quodāmō ⁊ sign ā dā inuisibilē potentiā sapienti am ⁊ bonitatē diuinā. Inter ce tera vero suoꝝ institutoꝝ mira bilia angelos ꝯdidit. Quorū aliquos ꝓpter supbiā in quam eruperūt eternis adiudicauit supplicijs. Alios vero q̄ ipi fa/ ctori suo humiliter adheserunt plēa btitudine fecit esse felices.

¶ Qualr angeli ad nos mittū tur q̄ hoies custodiūt neqꝫ do/ lent de malis eorum quos cu/ stodiunt.

Capitulum tertium.

Ertiū mysteriuꝫ de angelis manifestan dū dicit missionis. In quo tria sūt du bia declaranda.

¶ Primū vtꝝ āgeli mittantur

¶ Scdm vtrum hoies ab an gelis custodiātur.

¶ Tertiū vtꝝ angeli doleāt de malis eoꝝ q̄s custodiūt.

¶ Ad primū dubiū se offert ve ritas scripturarū in quibꝫ an/ gelos mitti phibet. Et vt inqt Tho. i. pte. q. cxij. Ille mitti di citur qui aliquo mō ab alio p/ cedit vt incipiat eē vbi pri⁹ non erat vel vbi prius erat p alium modū. Filius enim aut spūssā ctus mitti dicit vt a patre pro cedēs p originē ⁊ incipit eē no uo modo. i. p grām vel p natu/ rā assumptā vbi pri⁹ erat p di uinitatis pñtiam: Dei enim p priū est vbiqꝫ esse. qꝛ cū sit vni/ uersale agēs virtus eius attin git oia entia. Ideo ē in omibꝫ rebus. Uirtus aūt angeli cuꝫ sit particulare agēs nō attigit totū vniuersu m. sed sic attigit vnū qꝫ nō attingit aliud. Ideo ita ē hic qꝫ non est alibi. Cum igit aliqd est fiendū p aliquem angelū circa aliqu ā creaturam corporeā de nouo applicat āge lus illi corpi sua virtute ⁊ sic an gelus de nouo ibi incipit eē Et hoc totū sequit ex impio dino. Sed actio quā angel⁹ missus exercet, pcedit a deo sicut a pri/ mo principio cui⁹ nutu ⁊ aucto ritate angeli opantur ⁊ in deuꝫ reducitur sicut in vltmū fineꝫ Et hoc facit ratione ministri Nā minister ē sicut instrumen tū ⁊ intelligens. Instrumentū aūt ab alio mouet. ⁊ ei⁹ actio ad aliud ordinat. Ideo actōes angeloꝝ ministeria vocantur. ⁊ ipm ducūt in ministeriū mit ti. Si vero aliqs quereret qūo angeli mittunt cū celū empireū

um sit locus ptinens ad digni
tatē eo℞. Si igitur mitterētur
ad nos dignitati eorū aliquid
deperiret. ¶ Rñdit tho. q celū
illud ptinet ad dignitatē āgeli
ƀm cōgruentiā quandā. qꝛ con
gruū est vt supremū corpo℞ na
ture que est supra oia corpa at/
tribuatur. Nō tñ angelus ali/
quid dignitatis accipit a celo
empireo. Ideo qñ actu non est
in illo nihil eius dignitati sub
trahitur. sicut nec regi qñ non
actu sedet in regali solio. qđ cō
gruit eius dignitati. Hinc salua
tor noster loquēs de angelis q
mittūtur in custodiā hoīm di/
xit. Angeli eorū semp vident.
faciem patris mei q est in celis
vbicunq itaq sint vidēt essen
tiā dei in cuius aspectu complet
gloria ꝛ beatitudo illorum
¶ Scdm dubiū fuit vtrū ho
mines ab angelis custodiātur.
Et licet de hoc dixerim in qua
dragesimali nostro. verūtamē
aliqua erūt hoc loco nouit dis/
currenda. Idcirco psupposito
ƀm vitatē q vnaqueq aia ha/
beat angelū sui custodē depu/
tatū xpo dūtaxat excepto de q
in sermōe de innocentibus dictū
est. ¶ Primo sciendū est q ne/
cessaria fuit homini custodia
angelorū propter adiutorium
liberi arbitrij. Nam vt inquit
Tho. i. pte. q. cxiij. Homo per
liberū arbitriū potest aliqualit
vitare malū. sed nō sufficiēter.
quia infirmatur circa affectū
boni propter multiplices aīme
passiones. Similiter etiā vni
uersalis cognitio naturalis le/
gis q homini naturaliter adest
aliqualiter dirigit hominē ad
bonū sed non sufficienter. Qꝛ
in applicando vniuersalia pri/
cipia iuris ad particularia opa
cōtingit hominem multiplici/
ter deficere. vnde dicitur Sa/
pien. ix. c. Cogitationes mor/
talium timide ꝛ incerte proui
dentie nostre. ¶ Scdo sciendū
est q dum homines pereūt ꝛ in
multa peccata labuntur nō est
ascribendum ad negligentiā
aliquam angelorum sed poti/
us malicie hoīm imputādum
Nam sicut homines a natura
li instinctu boni discedunt pro
pter passionem peccati. ita eti/
am discedunt ab instigatione
bonorum angelorum q fit inui
sibiliter per hoc q homines il/
luminant ad bene agendum.
¶ Tertio sciendum q sicut p/
sciti ad dānationē ꝛ infideles
ac etiam antichristus non pri/
uantur interiori auxilio natu/
ralis rationis. ita etiam nō pri
uantur exteriori auxilio toti na
ture humane diuinitus conces
so. s. custodia angelo℞. p quam
ꝛ si non iuuentur qntū ad h

q vitam eternā bonis operibꝰ mereantur. iuuantur tñ quantum ad hoc q ab aliquibꝰ malis retrahuntur quibꝰ et sibiipsis et aliis nocere possent. Nam et ipsi demones arcentur per bonos angelos nec noceant quantū volūt ¶ Quarto sciendū q officiū custodie angelice ordinatur quippe ad illuminationem doctrine sicut ad vltimū et principalē effectū. Nihilominus sunt et alii effectꝰ. s. arcere demones et alia nocumenta tam corporalia quam spiritualia prohibere. ¶ Quinto sciendum q circa hominū custodiam inter angelos quādoque solet esse pugna siue discordia Nam vt scribitur Danielis. x. c. dum ipse orasset pro liberatione populi iudaici qui erat in babylonia apparuit sibi angelus modo mirabili. vt patet in textu. Dixitque illi inter cetera. noli metuere Daniel. quia ex die primo quo posuisti cor tuū ad intelligendū vt te affligeres in conspectu dei tui exaudita sūt verba tua. Et ego veni propter sermones tuos Princeps autem regni persarum restitit mihi viginti et vno diebus. Refert hꝰ Hiero. principem regni persarum esse angelum qui se opposuit liberationi populi israelitici pro quo daniel orabat gabriele preces eius deo presentante. Quidā tñ

dixerunt q hec resistentia potuit fieri eo q princeps aliquis demonū iudeos in persidem ductos ad peccatū induxerat propter quod prestabatur impedimentū orationi danielis pro eodem populo deprecantis. Sed Gregꝰ in. xvii. moraliū li. concordans cum Hieronymo dicit. q princeps regni persarum bonꝰ angelus fuit custodie illius regni deputatus. ¶ Ad intelligendū ergo qualiter vnus angelus alteri resistere dr Notandū sm Tho. vbi s. q diuina iudicia circa diuersa regna et diuersos hoies per angelos exercentur. In suis autē actionibꝰ sm diuinā sententiam regulantur Cōtingit autē quandoque q in diuersis regnis vel in diuersis hominibꝰ contraria merita vel demerita inueniuntur vt vnus alteri subdatur aut presit. Quid autem super hoc ordo diuine sapiētie exigat cognoscere non possunt nisi deo reuelāte. vnde necesse hñt super his sapientiā dei consulere Sic igitur inquantū de contrariis meritis et sibi repugnātibꝰ consulūt diuinā voluntatē resistere sibi inuicē dicuntur nō quia sint eorum contrarie volūtates cum in hoc oēs concordent q dei sententia impleatur Sed quia ea de quibus consulūt sunt repugnantia. Cū ergo archangelus custos

regni persarum procuraret quantum in eo erat salutem illorum qui erant in dicto regno videretque quod ex conversatione iudeorum multi de persis convertebantur erat contentus quod populus ille in captivitate perseveraret. Alter vero qui presidebat populo iudeorum illius populi liberationem procurabat: preces que danielis presentabat deo Omnes tamen dei voluntatem impleri volebant. ¶ Tertium dubium erat vtrum angeli doleant de malis eorum quos custodiunt. Ad quod respondet Tho. vbi s. quod angeli non dolent nec de peccatis nec de penis hominum. quoniam cum sint perfecte beati dolor in eis esse non potest. Insuper vt inquit aug. dolor est de his que contrariantur voluntati. Nihil autem accidit in mundo quod sit contrarium voluntati angelorum et aliorum beatorum. quia voluntas eorum totaliter inheret ordini diuine iusticie. Nihil autem fit in mundo nisi quod per diuinam iusticiam fit aut permittitur. Et ideo simpliciter loquendo nihil fit in mundo contra voluntatem beatorum. vt enim phs dicit in .iij. ethicorum. Illud dicitur simpliciter voluntarium quod aliquis vult in particulari secundum quod agitur consideratis .s. omnibus que circunstant quamuis in vniuersali considieratum non esset voluntarium. Sicut nauta non vult absolute proiectionem mercium in mari et vliter considerando. Sed iminente periculo salutis hoc vult. vnde magis est hoc voluntarium quam inuoluntarium. Sic ergo angeli peccata et penas hominum vniuersaliter et absolute loquendo non volunt. volunt tamen quod circa hoc ordo diuine iusticie seruetur secundum quem quidam penis subduntur et peccare permittuntur. ¶ Sed oritur hic difficultas ex verbis Isa. c. xxxiij. dicentis. Angeli pacis amare flebant. Quam soluit tho. asserens quod verba illa tripliciter possunt intelligi. ¶ Uno modo secundum sensum litteralem et sic angeli dicuntur nuncij Ezechie qui fleuerunt propter verba blasfemia rapsacis. ¶ Alio modo secundum sensum allegoricum. et sic angeli pacis sunt apostoli et alij predicatores qui flent pro peccatis hominum Tertio secundum sensum anagogicum et sic intelliguntur angeli beati. locutio tamen est methaphorica per quam designatur quod ipsi volunt in vniuersali hominum salutem vt iam est predictum. ¶ Ex his omnibus deprehendere possumus quanta sit erga homines dei pietas. quanta largitas. quanta vero eius clementia dum dignatur per angelos suos nos ad patriam supernam deducere. In qualibet etate non cessant angeli commodis nostris adesse nunc infestissimos hostes ne nobis noceant debellando. nunc ad bene viuen

dum nos alliciēdo. nūc a ma
lis retrahēdo. nūc ab innume
ris periculis liberādo. Et tamē
nos illis presentib⁹ non erubesci
mus demonū praua consilia tur
pesqꝫ suggestiones implere ge
rere vitam pecudū. ac oī cona
tu ad regiones tartareas prope/
rare. O aīa sordida. O aīa tot
ignominiosissimis vicijs feda
ta. Aperi oculos mētis. et vide
angelū tibi semp assistentē i q̄
vis angulo. in q̄ vis diuerso/
rio. in quo vis exercitio. Exhi
be illi reuerētiā et a flagitijs de
sine consuetis. Usqꝫ ad mortē
cōmorabit̄ tecū vt sic appareat
si te nolueris corrigere, qꝫ pater
omniū deus iusto iudicio ipe/
nitentes et obstinatos a cōsor
tio sanctorum et visione sua priua
tos proijcit in ignē eternū. Cur/
rem⁹ igit̄ demonū abhorrere
consortia. atqꝫ angelorum societa/
tē omni affectu desiderare vt
sic digni efficiamur gratia xpi
Qua mediāte angelorum choris
mereamur adiūgi in illo felici
regno. in quo deus viuit per in/
finita secula seculorum amen.

¶ Sermo de beatitudine scōrum
in quo confutat̄ fatuitas hoīum
mūdanorum q̄ nō credūt aliq̄d
de vita futura. lvij.

Merces vestra
copiosa est in celis. ver
ba sūt redēptoris no/
stri originaliter Math. v. ca.
Tanta ē q̄rūdā stulticia vt ar
bitrent̄ nulla eē bona pter ea
que in p̄nti vita a piissimo deo
vsib⁹ hūanis concedunt̄. Nil cre
dūt. nil cogitāt. nil denīqꝫ spe
rant de futura celestis regni he
reditate Somnū putant imo
fictionē et fabulā q̄cq̄d sm om
nem veritatē de scōrum beatitudi
ne proclamat̄. Hi oēm diligen/
tiā adhibēt vt corporis sensib⁹
in suis delectationib⁹ volup/
tuosis satisfiat. Aīam pro virtu
tibus honestisqꝫ morib⁹ insti/
tuere et negligūt et contemnunt
Propterea equū esse censui si i
p̄senti sermone de beatitudine
verba fecero. nā illā cuncti desi/
derare debent que merito prepo
nēda ē oibus que ab hoīe pre/
cio haberi solent. De hac q̄li/
bet iustus atqꝫ fidelis asserit il
lud Sap. c. vij. Proposui illā
regnis et sedib⁹ et diuitias nihil
esse dixi in cōparatione illius.
Nec cōparaui illi lapidē preciosū.
q̄m omne aurum in cōparatione
illius arena est exigua et tanqꝫ
lutū extimabit̄ argentū in cō/
spectu illius. Super salutē et spē
dilexi eā. et proposui pro luce habe
re illā. q̄m inextinguibile ē bo
nū illius venerūt aūt mihi oia
bona pariter cum illa. Ut igi
tur disponam⁹ ea q̄ tractaturi
sumus ordine debito beatitu

diuisq laudes mirificentissi-mas cõplectamur: que copio-sa merces a nr̃o saluatore me-rito nuncupatur. De ipsa tria mysteria principalia pponim⁹ contemplanda.

¶ Primũ dr̃ btitudis dsideriũ

¶ Scdm' beatitudis subiectũ.

¶ Tertiũ beatitudis obiectũ.

¶ Qd beatitudo est bonũ qd cũcti desiderare debent.

Capitulũ primum

Primũ mysteriũ contẽplandũ dr̃ beatitudis desideriũ. in quo inducenda est cũctoꝝ mens vt ad beatitudinẽ dirigãt cordis affectũ illãqz viribꝫ totis conentur adipisci. Nã ꝛ de hoc ita pulchre loqtur Sen. ad lucilliũ. Ad sũmũ inqt bonũ ꝛ ppositũ totius vite tue respice. Illi em̃ osentire debet quicqd agimus. Ideo peccam⁹. qꝛ de ptibus vite oẽs deliberamus. de tota ꝟo nemo desiderat. Errant osilia nostra. qꝛ nõ hñt q̃ dirigãtur ignorãti quẽ portuz petat: nullus suus ventus est. hec ille. Sed vt pars ista lucidio fiat opus ẽ vt ad tria dubia respondeamus.

¶ Primũ vtꝝ homini oueniat agere ppter finem

¶ Scdm vtrũ finis humane vite sit beatitudo.

¶ Tertium vtꝝ beatitudo sit bonum desiderabile.

¶ Ad primũ dubiũ rñdet sanctus Tho. i. ij. q. i. ꝙ actionũz que ab hoie agũtur ille sole ppie dicũtur humane que sunt ppie hois inquantũ ẽ homo. Differt aũt hõ ab aliis irrõnabilibꝫ creaturis in hꝙ ẽ dñs suoꝝ actuuz qd fit per rõnẽ ꝛ voluntatẽ. Ille itaqz actiones ppie humane dicũtur que ex volũtate deliberata pcedũt. Alie ꝟo nõ ppie humane sũt sicut dũ mouet pedẽ vel fricat barbã aliis intent⁹ ꝛ similia. licet sint hominis iste actiões scd nõ sunt ppter finẽ. ex quibꝫ hõ nec mereri põt nec demereri. sz prime actiões ad finẽ sũt dirigende. Inqt nãqz phs in scdo phisycoꝝ. Finis ẽ principiũ in opabilibꝫ ab homine. Et in. ij ethicoꝝ. Grã finis oẽs operantur. Et iteꝝ in. ij. phicoꝝ. Nõ solũ intellect⁹. sed natura agit ppter finez. ꝛ in. ij. meth. Qui infinitũ faciũt auferũt naturaz boni. Cuz itaqz finis sit q̃ mouet agentẽ. ꝛ lz in executione sit posterior. tñ prior est in intẽtione agentis. ꝛ habet rõnẽ cause pptera ad hominẽ spectat vt agat ppter finẽ. ¶ Ad scdz dubiũ rñdet Ricar. in. iiij. di. xlix ꝙ vltimus finis humane vite est beatitudo. Ut em̃ ait aug⁹ li. viij. de ciui. dei. Finis boni

pro finis omnia operantur

appellatur quo quisq̄ cū per/
uenitur beatus est. Et idem li
bro. xix. de ciui. dei. Illud est fi
nis boni ꝓpter quod appetēda
sunt cetera ipsum aūt ꝓpter se
ipsum. Et. xxij. li. de ciui. dei.
Finis inquit noster est peruе/
nire ad illud regnum cuiꝰ nul
lus finis est. Et apostolus ad
Romanos. vi. Habetis fru/
ctum vestrum in sanctificatio
ne: finem vero vitam eternam
Sed hic orit difficultas. quo/
niam cum beatitudo sit in ipo
deo si beatitudo est finis hūa/
ne vite etiam erit finis omniū
creaturaꝝ. Nam vt inqt Dio
nysius in li de diui. no. Deus
ↄuertit oīa ad seipsuȝ tanquā
ad vltimū finem Ad quod di
cit Tho. i. ij. q. i. qḋ sic colligi
tur ex dictis aristo. ij. ethicoꝝ.
ꝛ. v. methaph. Finis dr̄ dupli
citer. s. vel eius terminus ꝛ quo
idest ipsa res in qua rō boni in
uenitur ꝛ vsus siue adeptio rei
illius. Sicut si dicamꝰ ꝙ mo
tus corporis grauis finis ē vel
locus inferior vt res vel hoc ꝙ
est esse in loco inferiori vt vsus
ꝛ finis auari est ve pecunia vt
res vel possessio pecūie vt vsus
Si ergo loquamur de vltimo
fine hominis quantū ad ipsaȝ
rem que est finis. Sic in vltio
fine hominis omnia creata cō
ueniūt. quia deus est vltimꝰ fi
nis hominis ꝛ omniū aliaꝝ re
rum. Si aūt loquamur de vl/
timo fine hominis quantū ad
cōsecutionē finis. sic in fine ho
minis non cōmunicans creа/
ture irrationabiles. Nam ho/
mo ꝛ alie creature rōnales cō
sequuntur vltimū finē cogno/
scendo ꝛ amando deuȝ. quod
non competit aliјs creaturis q̄
adipiscunt vltimū finem inqn
tum participant aliquaȝ simi
litudinem dei fm ꝙ sunt vel vi
uunt vel etiā cognoscunt fm i
stinctum nature. lȝ non per ra
tionem vel intellectum. Ideo
Magister. i. dis. ij. dicit. Fecit
deus creaturam rationabilem
vt summū bonū intelligeret. i
telligēdo amaret. amādo pos
sideret. ꝛ possidendo frueretur
Quare vt augꝰ docet in libro
lxxxiij. q. i. Non cadit in aliqua
ratione carentia vt beata sint.
¶ Tertiū dubiū fuit vtrū bea
titudo sit bonū desiderabile. ꝛ
posset quis arguere ꝙ non. nā
nullū bonū incognitū est desi
derabile. hoc pȝ quia bonū ap
ꝓhensam est obiectum appeti
tus. vt inquit aristoti. in. iij. de
aīa. Ideo augꝰ li. x. de trini. c
i. ait. Firmissime nouimꝰ ama
ri nisi nota nō posse. Sed bea
titudo est bonū incognitum. ergo
non est bonum desiderabile.
Philosophi quideȝ multo sum

doꝛe elaboꝛarūt vt ꝺ bitudine ac sūmo bono cognitionē iue- uirēt. Et vt Lactan. scribit in pncipio! pmi li. diui. institu. Neqꝫ adepti sūt qꝺ volebāt ꝛ operam simul atqꝫ industriaꝫ perdiderunt. Hoc ideo dixit. quia vt recitat aug? lib. xix. de ciuitate dei. Marcus Uarro notauit ducētas octogita oc to falsas opiniones de beati- tudine quas philosophi suo ī genio adinuenerunt. Augusti nus etiam in. xiiij. de trinitate asserit quosdam posuisse beati tudinem in voluptate coꝛpo- ris. Quosdam in voluptate animi. Quosdam in alijs re- bus puta in diuitijs vel hono ribus ꝛ huiusmodi. vt etiam scribit aristo. in. i. ethicoꝝ. De his adhuc ita loquitur Lactā tius li. iij. diuinaꝝ īstitutionū. Epicurus summū bonum in voluptate animi esse censet. Aristippus in voluptate coꝛ- poris. Caliphon ꝛ Dinoma- chus cirenayci honestatem cū voluptate iunxerūt. Diodoꝛ? in priuatione doloꝛis summū bonum posuit. Hieronymus in non dolendo. Peripatetici autem in bonis animi ꝛ coꝛpo ris ꝛ foꝛtune. Trilli summum bonum est scientia. zenonis cū natura congruenter viuere. Quoꝛundam stoicoꝝ virtutē sequi aristo. in honestate ac vir tute summū bonū collocauit. hec ille. Sed infra de epicuro ita sequitur. Epicuri discipli- na multo celebrioꝛ semper fuit ꝙ ceteroꝝ non quia veri aliqd afferret. sed quia mltos ad po pulare nomen voluptatis inui tat. Nemo em non in vicia ꝓ- nus est. Propterea vt ad se mul titudinem contrahat apposita singulis quibusqꝫ moꝛibus lo quitur. Desidiosum vetat lit- teras discere. auarum popula ri largitione liberat. Ignauuꝫ ꝓhibet accedere ad rempubli cam. Pigrum exercere timidū militare. Constat itaqꝫ ex his ꝙ erronea fuerit philosophoꝝ mens circa beatitudinem ag- noscendam. Sed preter illos adhuc confirmare possumus ꝙ beatitudo non est cognosci bilis ꝑ ꝟba Pauli. i. ad coꝛin thios. ij. c. ait. Oculus nō vi dit ꝛ auris non audiuit nec in coꝛ hois ascēdit q̄ ꝓpauit de? his q̄ diligūt illū. Sed ista de btitudine sic Paul? locut? est ꝙ tale bonū ē qꝺ a nobis ꝑcipi minime pōt. ꝛ ex ꝯsequēti neqꝫ desiderari. At in contrariū est sententia aug? qui libꝛo. x. ꝺ ci uitate dei. c. i. ait. Omniū cer ta sentētia ē qui rōne quoqꝫmo do vti possunt btōs esse oīs hoies velle. Et in. xiij. de trini.

appellatur quo quisq̄ cū per/
uenitur beatus est. Et idem li
bro. xix. de ciui. dei. Illud est fi
nis boni ꝓpter quod appetēda
sunt cetera ipsum aūt ꝓpter se
ipsum. Et. xxij. li. de ciui. dei.
Finis inquit noster est perue/
nire ad illud regnum cui⁹ nul
lus finis est. Et apostolus ad
Romanos. vi. Habetis fru/
ctum vestrum in sanctificatio
ne: finem vero vitam eternam
Sed hic orit̄ difficultas. quo/
niam cum beatitudo sit in ipo
deo si beatitudo est finis hūa/
ne vite etiam erit finis omniū
creaturaꝝ. Nam vt inq̄t Dio
nysius in li de diui. no. Deus
ꝯuertit oīa ad seipsū tanquā
ad vltimū finem Ad quod di
cit Tho. i. .ij. q. i. qd̄ sic colligi
tur ex dictis aristo. ij. ethicoꝝ.
ꝛ. v. methaph. Finis dr̄ dupli
citer. s. vel eius terminus ꝛ quo
idest ipsa res in qua rō boni in
uenitur ꝛ vsus siue adeptio rei
illius. Sicut si dicam⁹ ꝙ mo
tus corporis grauis finis ē vel
locus inferior vt res vel hoc ꝙ
est esse in loco inferiori vt vsus
ꝛ finis auari est ve pecunia vt
res vel possessio pecūie vt vsus
Si ergo loquamur de vltimo
fine hominis quantū ad ipsā
rem que est finis. Sic in vltio
fine hominis omnia creata cō
ueniūt. quia deus est vltim⁹ fi

nis hominis ꝛ omniū aliaꝝ re
rum. Si aūt loquamur de vl/
timo fine hominis quantū ad
cōsecutionē finis. sic in fine ho
minis non cōmunicans crea/
ture irrationabiles. Nam ho/
mo ꝛ alie creature rōnales cō
sequuntur vltimū finē cogno/
scendo ꝛ amando deū. quod
non competit alijs creaturis q̄
adipiscunt̄ vltimū finem inq̄n
tum participant aliquā simi
litudinem dei ſm ꝙ sunt vel vi
uunt vel etiā cognoscunt ſm i
stinctum nature. lʒ non per ra
tionem vel intellectum. Ideo
Magister. i. dis. ij. dicit. Fecit
deus creaturam rationabilem
vt summū bonū intelligeret. i
telligēdo amaret. amādo pos
sideret. ꝛ possidendo frueretur
Quare vt aug⁹ docet in libro
lxxxiij. q. Non cadit in aliqua
ratione carentia vt beata sint.
¶ Tertiū dubiū fuit vtrū bea
titudo sit bonū desiderabile. ꝛ
posset quis arguere ꝙ non. nā
nullū bonū incognitū est desi
derabile. hoc pʒ quia bonū ap
p̄hensam est obiectum appeti
tus. vt inquit aristoti. in. iij. de
aia. Ideo aug⁹ li. x. de trini. c
i. ait. Firmissime nouim⁹ ama
ri nisi nota nō posse. Sed bea
titudo est bonū incognitum. g̃
non est bonum desiderabile.
Philosophi quidem multo sa

